



**Dispvtationvm De Censvris In Commvni,
Excommvnicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Dispvtatio XXI. De excommunicationibus Papæ reseruatis in bulla Cœnæ
Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

prehendi videantur, non tamen re ipsa per legem intenta, seu que intendi debuit. Hinc si per edictum praincipiatur, vt qui habet talēm scripturam, eā prodat, qui habet eius transsumptum, non vero scrip-
tūrā authenticā, nō tenerur illud prodere, quia nec
sunt idem, neque in iudicio facit transsumptum æ-
qualem fidem, vt est vulgare in iure, item si quis
praincipiatur reuelare qui talēm rem accepit, & mihi
confat per hunc accepisse, non tamen teneri ad re-
stituendam ipsam: quia non omnino iniuste, sed ad
recompandandū aliud debitum illam accepit, ille
non tenerur reuelare: quia reuera non scit quid in-
tendit, vel intendi debet, scilicet iniustam accep-
tionem, & ad restituendum obnoxiam. Et idem
est, si nouit alium quidem esse debitorem, seum
accepisse, nunc autem propter impotentiam excu-
sariā reddendo, etiam ipse excusabitur ad denunciā-
do, vel manifeſtando: quia iam cessat formalis ratio
praecepti in re, vt dicti auctores docent. Idem est si
nouerit rem talēm fuisse alienam, iam vero esse iū-
ste præscriptum, seu vi scuptam iuxta generalē
doctrinam de restitutione, & dominio, & videri
possunt quæ Couarrutias tractat in reg. Posseſſor, §.
2. Nauar. in Summ. cap. 17. numero 114. Qui ex parte
dissentire videtur, sed sine sufficienti fundamen-
to. Videri etiam potest Soto libro 4. de Instit. q. 5. ar.
4. & lib. 5. q. 3. art. 1. & 3. & Petrus Nauar. li. 3. de Rest.
cap. 1.

Vltimo est circa hac edita animaduertendum, sole ferri sub certo numero dierum, ita ut intra sex dies v.g. reueletur, quod precipit, sub excommunicatione ipso facto incurrienda: qui numerari debent ab eadem die, & hora, qua editum proferitur, neque incurretur excommunicatio, donec tot dies naturales in integræ compleantur: quia ille terminus positus est ut in eo licet differre executionem, & consulere, & expendere quid & quo modo agere oporteat. Vnde quamdiu ille terminus elapsus non est, non potest talis persona vere dici contumax. At vero elapsò termino, & nulla interueniente iusta excusatione, statim incurritur excommunicatio: supponimus enim & fuisse hac intentione latam, ut ipso facto incurreretur, & modo iusto, vel saltem sufficiente ad valorem eius, id est, cum debita præmonitione, & cum illa clausula iustificatiua, *Site grauatum senseris*, intra talem terminum compareas, de qua videri potest Nauarrus in c. *Cum contingat*, de Rescriptis, & consil. 13, de Cler. excom. ministr. & que de excommunicatione lata pro futuris culpis notat Cauri, in cap. *Alma*, p. 15. 10. nu. 4. & 5. & supra etiam diximus tractando de censur. in commu-

Interrogabit autem aliquis, an elapsio illo termino, cesseret obligatio, vel semper teneatur aliquis obediere dicto, nec posse absoluiri, donec illi satisficiat. Respondeo, per se loquendo, & ex vi formae talis pracepti obligationem durare, sicut precedent, facti, dixi de obligatione restituendi seu soluendi debitum, quia illi terminus non est ad extinguiduam sed tantu[m] ad differendam obligationem. Dico autem, per se, &c. quia si intercedat ratio aliqua, ob quam mandatum extinguitur, aliud erit, ut si mandans moriatur nam, ut superius tractauimus, excommunicatio ab homine per sententiam lata, illo mortuo, extinguitur. Idemque est si amoueatur, vel suspenderatur ab officio: & si editum in visitatione proferatur, solum censetur durare tempore visitationis. Quanquam in hoc intentio precipientis, & vsus maxime attendendus est. Ex quo inferri potest, si quis propter ignoratiam intra proximum terminum non respondeat, postea teneri ad comprehendendum, quando illi de mandato cōfiterit: quod sine causa negavit Armilla verb. Excommunicatio, num. 34. Erratis est, quia illa obligatio durat: ergo quamvis ille propter ignoratiam excusatus fuerit, postea obligabitur. Probabiliter etiam censeo illi noti

A teneri ad comparendum statim ac dictum nouit, sed infra terminum qualiter in edito concessum, quia non debet esse peioris conditionis. Et eadem ratione, si quis propter impotentiam, vel alia incommoda excusatus fuit, ne responderet, ablati impedimento temebitur postea, si praceptum nondum est extinctum: & illi non oportebit nouum terminum concedere, quia iam habuit scientiam, ut posset fato illo tempore deliberare, vel consulere, si necessarium esset.

DISPVTATIO XXI

B De excommunicationibus Papæ reservatis in Bullia
Cœna Domini.

Accedimus iam ad explicandas in particulari excommunicationes ipso iure latas: quas in duas classes principales distinguimus, scilicet in eas quæ Papæ referuntur, & eas, quæ Episcopales dici solent. Rursus priores subdividuntur in eas quæ in Bulla Cœnæ singulis annis feruntur, & eas quæ iure Pontificio latæ sunt, præsertim iure cœmuni: quibus, si fieri possit, adiungemus eas, quæ nonnullis decretis extra commune ius quæ motus proprij dicuntur, latæ sunt: qui motus proprij nouissime editi sunt, & collecti Romæ a tempore Gregorij VIII, usque ad Sextum V. ultra quos è posterioribus Pontificibus aliqui additi sunt. Ex eis vero multi sunt in causis particularibus, vel ad certas personas destinati, de quibus nihil dicere oportebit. Alij vero sunt leges perpetuæ & pertinentes ad uniuersam Ecclesiam, ex quibus, si non omnes, præcipuas tamen excommunicationes ipso iure ferentes, annotabimus. In præsenti ergo disputatione excommunicationes, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, declaraturi sumus. Et primum præambula quædam ad intelligentiam totius Bullæ, & omnium sanctionum eius præmittemus: Deinde singula capita excommunicationum, & tandem ea quæ post censuras in dicta Bulla adiiciuntur, declarabimus.

SECTIÖ i.

Quales sint censuræ in Bulla Cœnæ latæ.

DUbium non est de specie censuræ, quia notum est in omnibus casibus illius Bullæ præcipue ferri excomunicationem maiorem, quamvis interdum aliquæ alia adiungatur, vt interdictum, &c. quod præcipue fit, quando in communitatem ferenda est censura, quia in illam non fertur excommunicatio, vt suis locis annotavimus. Sed inquire potest de qualitate, & graviitate illius excommunicationis. Et primo an censendæ sint à iure, vel ab homine. Olim enim censebantur esse tantum ab homine: quia non per modum statuti, sed per modum cuiuslibet sententia singulis annis proferuntur. Vnde consequetur, mortuo Summo Pontifice,

Nauar. totam illam legem, & omnes eius censuras expirare: quia hoc commune est omni sententiæ latæ ab homine. Ita docuit Soto distinctione 22. quæstione 2. articulo 3. Veruntamen à tempore Pij Quinti additur in prædicta Bulla hæc clausula: *Volentes præsentis nostris processus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quæque alii huiusmodi processus à nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suoque effectus omnino forsan. Iuxta quam clausulas censura hæc ex se perpetua est: in quo iam naturam statuti seu legis imitatur, nam ut vidimus, statutum differt à sententiæ generali, in perpetuitate præsertim in iis, quæ à Pontifice Summo feruntur: nam latæ ab inferioribus alias habent differentias.* Et ideo Nauarrus in Summ. capit. 27. numero 74. exsistimathas censuras iam dicendas esse latas à iure.

Diferimen-
tine censu-
ram latam
per Bullam
& per legem.

Nauar.

Per Bullas
Cœna Do-
mini non
multiplicantur
censura
circa idem
crimen.

Imo nec per
alia iurata.

Aliqua tamen differentia interuenit semper inter hanc sententiæ, etiam prout nunc fertur in Bulla Cœna, & legem; quod lex etiam huius iterum atque iterum feratur circa eandem rem cum variis circumstantiis, non cessat, nisi per posteriore reuocetur, aliquid ei contrarium statuat: at vero Bulla Cœna, itam ac subsequens publicatur, cessat ipso facto, etiam si non reuocetur, vnde si quid in posteriori omititur, simpliciter sublatum censetur etiam si expresse non reuocetur, nec declaretur: hanc enim vim habent verba illa, *Quousque alii similes processus &c.* In hoc ergo differt hac censura ab ea quæ proprie dicitur à iure: & ideo singulis annis promulgatur per modum generalis sententiæ: in reliquo vero omnibus, quæ ad rem spectant, parum refert eam à iure, vel ab homine vocare, excepta quadam absolutione ab aliqua censura in prædicta bulla contenta, de qua infra videbimus. Certum tamen esse debet excommunicationes omnes in hac Bulla latas tales esse, ut ipso facto incurvantur. Propter dicta vero causam præsentem disputationem prosequimur, iuxatamenorem Bullæ latæ à S. D.N. Clemente octavo, anno 1595. nam in posterioribus nihil mutatum invenimus, sicut Nauarr. in Summ. capit. 27. n. 54. cum prius alias expulisset eam declaravit, quæ suo tempore ultimo loco fuerat à Gregorio XIII. promulgata.

Ex hac doctrina colligitur, propter multiplicatiōnem harum bullarum non multiplicari censuras circa idem crimen, quando quidem adueniente posteriore, priores omnes cessant. Imo addit Nauarrus cito loco, quod excommunicationes per alia iurata, in prædicta Bulla pro eiusdem criminibus repetitè non multiplicantur, sed solum additur eis reseruatio. Quod latius tradidit Nauarrus cap. Ira quorundam, defudat, notab. 11. in Glossa ultim. numero 4. & sequentibus, & præsertim numero 37. vñque ad finem. Et est quidem satis pia, & probabilis sententia: nam si huiusmodi censura Bullæ à iure iudicentur, non est verisimile censuras latas diueris in tribus pro eadem causa, seu pro eadem prohibitiōne, seu in eadem specie, multiplicari numero, præsertim quando ab eodem legislatore feruntur. (Voco autem eundem legislatorem non in persona sed in dignitate, vt à Summo Pontifice) alias quot effent iura excommunicantia, v.g. hæreticos, tot illi excommunicationes incurrent, & se de aliis peccatis: quod tamen incredibile est, & præter communem sensum.

At vero, si excommunicationes Bullæ censentur ab homine, nonnulla potest esse maior dubitatio. Veruntamen etiam illo modo censio non multiplicari censuras, quia quoties homo profert sententiæ excommunicationis in causa, in qua iure ipso lata est, non censetur nouam censuram ferre, sed eam quæ in iure continetur, declarare seu applicare, nisi aliud expresse in sententiæ declarat: quia pœna sunt in mitiori sensu interpretandæ.

A Quod maxime verum habet, quando & censura fertur ab homine per sententiam generalem, & ab eodem formaliter qui legem tulit: quæ omnia in præsenti concurrunt. Itaque, si pro eodem delicto fertur excommunicatione in Bulla, quæ in iure latæ erat, eandem esse credimus. Et ideo simul clausulam Bullæ, & iura quæ concordant, explicabimus. De reseruatione vero, quæ additur in Bulla, postea dicemus.

SECTIO II.

Quis sunt causæ seu delicta, propter quæ fertur excommunicatione in Bulla Cœna.

 Iginti sunt causæ in prædicta Bulla à Sanctissimo Domino nostro Clemente octavo promulgata contentæ: quos sigillatim exponere necesse est. Vtandæ tamen prolixitatis causa non refaram integras clausulas Bullæ, sed ea tantum verba notabo, quæ ad rem explicandam erunt necessaria. Et, vt recte Cœterianus notauit in verbo Excommunicatione, in principio, duo præcipue sunt in his clausulis, & similibus iuribus confideranda, scilicet actio quæ sub excommunicatione prohibetur, & personæ ad quas extenditur talis censura.

Prima excommunicatione contra hæreticos.

Prima ergo excommunicatione Bullæ est contra hæreticos, vbi licet multi in specie nominentur nominibus ab auctoribus desumptis, scilicet Visitæ, Lutherani, &c. Tamen id solum factum est in detectionem eorum hæreticorum, qui his temporibus alicubi durant: nam alioquin illa excommunicatione generalis est contra omnes hæreticos cuiuscunque sectæ, vt bidem exponitur. Vnde in antiqua Bulla Pauli III. aliter hæretici nominantur, vt refert & prosequitur Rebuff, illam Bullam exponens. Et autem hæc censura longe antiquior, quamquam de iure diuino proprie non sit, vt quidam exsistimant, sed de Ecclesiastico, vt latius traditur in 2.2. qu. 11. ex quo loco perentum est quid sit heres, & quam voluntatis pertinaciam requirat. Solum est hic breuiter notandum, quod, licet peccatum hæretis tale sit, vt interius in mente perfecte consummetur, nihil minus hæc censura propter hæresim pure mentali non contrahitur, quia, vt in principio diximus, nullus actus pure internus est materia censuræ, quia *heresim* non est materia Ecclesiastica iurisdictionis, per quæ *mentalis* est censura. Et ideo etiam dixi tractando de laicis, quod censura hæreticæ huiusmodi peccatum est referuntur in foro conscientiæ, quia non reseruantur sine censura, intelligendum est autem de hæresi pure mentali: nam, si in actum exteriore prodeat, etiam si occulsius ille sit, satis est ad incurrandam censuram, vt superiori loco declaratum est. Intelligo etiam de reseruatione Papali, nam circa Episcopalem consulendum est vñus.

A Additur in prædicta clausula, hac censura comprehendunt omnes à Christiana fide Apostatas, qui in hac Bullæ cœntur in re non differant ab hæreticis, vt sumitur ex D. iam extor Thom. 2.2. quæst. 12. artic. 1. Nihilominus specialiter manentibz nominantur ad maiorem claritatem, & quia non solent vulgo hæretici vocari, qui apostatares à religione Christiana ad Mahometanam sectam, vel ad Iudaismum transiunt, quamquam re vera hæretici. Ut ergo declaretur, omnes hos incurrire dictam censuram, illa particula additur. Duo vero sunt obseruanda. Vnū est hoc esse intelligendum de Apostatis non solum exteriori opere, vel signo, sed etiam corde: nam sicut interior infidelitas sine exteriori signo non sufficit ad hanc censuram, ita neque externum signum sine interiori infidelitate, Quod

Quod in primis probari potest ex illo verbo à Christiana fide: nam qui solum exterius fidem negat, non est apostata à fide, sed à confessione fidei, & similiter non est verè hæreticus, sed tantum secundum quid, scilicet exterius & apparet: quia vera hæresis mente consummatur. Vnde est alia ratio, quia censura lata propter aliquod delictum, non contrahitur nisi per delictum illud verum, & consummatum, quantum verba legis in rigore sumptu requireunt: at verò exterior apostata vel hæreticus non efficit peccatum perfectum & consummatum in ea specie: & ideo hanc censuram non contrahit in foro conscientie, nec peccatum ex vi huius bullæ referuntur est in foro poenitentie, quamvis in foro exteriori talis condemnatur ut hæreticus, quia in illo foro non potest de interiori mente, nisi per exteriora signa confitare.

Secundo obleruandum est, in rigore Theologico posse esse aliquem hæreticum, & Apostatam à fide, etiam si baptizatus non sit, ut si catechumenus ante baptismum verè credit potius, & deinde vel à tota fide recedat, vel aliquem eius articulum neget: & nihilominus ille non incurrit hanc censuram, quia non est capax eius, nec est membrum Ecclesie, in quod ipsa possit iurisdictionem suam directe exercere. Ob quam rationem diximus in superioribus, hominem non baptizatum non esse capacem censuram. Quapropter aut tota illa clausula huius bullæ intelligenda est iuxta subiectam materiam, seu respectu eorum qui directe subduntur iurisdictioni Pontificia: nam lex & censura solum ad subditos dirigitur: aut certe, cu[m] est sermo de apostasie fidei, intelligi debet de fide non tantum interna concepta, sed etiam exterius solenniter in baptismo professa.

Additur in eadem clausula, Ac eorum credentes: quia particula antiqua etiam est, ut supra vidimus disputatione quarta, sectione prima. Vbi aduertimus duplicitatem accipi in iure illam vocem credentes, uno modo pro ijs qui credunt errores aliquius dogmatis hæretici: alio modo pro iis, qui credunt personam hæretici, bonam existimationem de illa habendo & familiaritatem ei exhibendo, licet eorum opinio[n]ibus non assentiantur. Difficiliter ergo esse potest, quo modo hoc verbum in hac clausula sumatur: nam, ut hoc verbum aliquid superioribus addat, necessarium videtur in posteriori significazione accipi, nam credentes priori modo hæretici sunt, ut dicitur in capite Excommunicamus, secundo, §. Si quia autem, de hæreticis: ergo iam erat comprehensum sub illis verbis generalibus, omnes & singulos hæreticos. Et ita exposuit simile verbum Panormitanus in capitulo Excommunicamus primo, §. Credentes, de hæreticis, numer. 12. nam ibi eadem excommunicatione fertur.

Nihilominus censio potius accipendum esse verbum illud priori modo. Quod sentit Nauarrus in Manual. cap. 27. nu. 55. vbi concedit hos credentes esse hæreticos: & ideo verbum illud esse omisum in Bulla Cœnæ Pij Quinti, postea vero fuisse additum ad maiorem declarationem. Duobus autem modis possunt aliqui credere hæretico. Primò distinctè assentiendo errorib[us], ab eo propositis, & publicatis, & hi potius hæretici, quam credentes dicuntur. Secundò tantum confusè credendo veram esse doctrinam eius, quæcumque illa sit, & hi propriè dicuntur credentes, de quibus in hac bulla, & in iuribus quæ cum illa concordant sermo est: nam, licet hæretici sint hæretici, credendo illo modo aliqui contra Ecclesiam docenti, tamen quia distinctè nihil credunt contra fidem, propriè nomine appellati sunt, & ad maiorem claritatem sub illo sunt expressi. Et confirmari hoc potest, nam verba sequentia, sautores hæreticorum, &c. formaliter intelliguntur de ijs qui fauunt hæreticis ut hæretici sūt: quod statim

Ex Caietano, & alijs annotabimus: ergo eodem modo intelliguntur credentes hæreticorum, ut hæretici sunt. Atque ita exposuit etiam Paludanus in quarto, dist. 13. quæst. 3. art. 1. concl. 7.

Dices: Ergo credentes hæreticorum in priori significacione non manent excommunicati ex vi huius clausulae, aut illius §. Credentes, quod videtur inconveniens, quia illi credentes & qui parantur fautoribus & receptatoribus in dicto §. Credentes, ergo etiam sub excommunicatione debent & quæ comprehendendi, quia iuxta doctrinam communem Iurisperitorum, delicta, quæ & qui parantur in culpa, & qui parantur etiam in pena. De qua regula videri potest Gloss. in capitulo Si postquam, verb. Promissione, de Electione, in sexto, & Gloss. vlt. in Leg. Si quis seruo, Cod. de Furtis, & Barthol. in leg. Si constante, num. 30. ff. de Soluto matrimonio. Respondetur concedendo ex vi illius verbi hos non ligari hac excommunicatione. Comprehendentur autem sub fautoribus, & receptatoribus, si vere secundum moralem existimatione tales sint. Propter solam vero & qui parationem non puto comprehendendi, tum quia nec talis & qui paratio recte colligitur ex dict. §. Credentes, cum nos negemus ibi esse sermonem de credentibus in illa significacione: nec etiam in re videtur esse simile delictum, si omnino fauor omnis exterior, & receptione tollatur, tum etiam, quia illa regula extendendi penam propter solam & qui parationem delicti, non existimamus esse veram, nisi quando iuxta communem usum eius, pro eodem habeantur: de quare alibi latius.

Additur in eadem clausula receptatores, sautores, & generaliter quoslibet eorum defensores. Similia verba habentur in dicto capitulo Excommunicamus, primo, §. Credentes, de Hæretic. & in cap. Noverit, de Sententia excommunicationis. Intelliguntur autem prædictæ & ex voces de ijs, qui fauorem tribuunt hæreticis, vel quia talem doctrinam profiteantur, vel in ordine ad suam hæresim, vel docendam, vel defendendam, vel aliquid huiusmodi. Ita Caietanus verb. Excommunicatione, cap. 1. & Nauar. dict. nu. 55. qui varijs consideratur id confirmat. Illa vero videtur esse præcipua, quod penam stricte intelligenda est iuxta subiectam materiam: hæc autem excommunicatione fertur in penam, & in oditum hæretis: & ideo sicut pri-

mo fertur in hæreticum ratione hæresis, ita derivatur seu extenditur ad alios secundum habitudinem ad eandem hæresim, atque adeo quatenus illi suent quousmodi in ipsa hæresi. Et confirmatur, nam illi homini, qui hæreticus est auxilium, preberet ad vitam sustentandam, vel quid simile, non est per se malum, neque est vi lo canone prohibitum: I. mo interdum poterit esse necessarium, si ille extrime vel grauiter indigeret ad vitam. Quod enim Augustinus dixit de peccatore & homine, etiam in hæretico verum habet, nulli hominum claudendam esse inferioriam, nulli peccatori impunitatem relaxandam. Et refertur in cap. Duo ista, 23. q. 4. Dices quanquam inveniunt naturæ necessitate locum habeat illa distinctione: quidquid tamen extra illam necessitate in fauorem hæretici sit, pertinebit fauore hæretici quatenus hæreticus est, & consequenter illa erit sufficiens causa ad incurriendam hanc censuram.

Respondeatur, in foro exteriori sepe fieri talem præsumptionem, nisi ex necessitate occurrit, vel alij circumstantijs aliud colligatur: simpliciter tamen, & in foro animæ negandam esse consequentiam: quia seclusa etiam naturæ necessitate, & absque respectu ad hæresim potest fieri aliquod officium liberalitatis, vel amicitiae ad talem personam, & propter illud non incurritur hanc censura, & ideo isti iure alia coniectura addi solent ad præsumendum hoc delictum, ut videre licet in cap. Accusatu. §. Ille, de Hæretic. in sexto, & in Director. verb. Defensores, & verb. Fautores.

Non incur-
rei hanc cen-
suram au-
si l'ürabins
hæretico ut
excommuni-
cato.

Vnde etiam oportet distinguere in hæretico du-
plicem rationem præter rationem naturæ, scilicet
& quod hæreticus est, & quod excommunicatus est.
Per hæc ergo clausulam non prohibetur specialiter

communicatio cum hæretico, ut excommunicatus

est, neque extenditur censura ad omnes communica-

entes cum illo ut sic, sed solum ad communicantes

cum illo ut hæretico, præbendo fauorem, defensio-

nem, &c. In illo vero casu, in quo sine causa rationa-

bili præstaretur beneficium persona hæretici sine

respectu ad hæreticum, peccari quidem posset propter

communicationem cum excommunicato, non ta-

men propter communicationem cum hæretico hic

specialiter prohibita, & punita. Ad peccandum au-

tem illo modo necesse nunc est ut hæreticus sit no-

minatim declaratus, & denunciatus solum de cri-

mine, ut supra dictum est: ad peccatum autem po-

steriori modo, & incurrandam hanc censuram, quæ

modo explicamus, non est necesse ut hæreticus sit

declaratus aut denunciatus, sed satis est ut sit cogni-

tus illi, qui ei fauorem aut auxilium præbet: quia illa

non est prohibita ut participatio in crimen cù iā

excommunicato, sed tantum cum hæretico: & ideo

in hoc non habet locum limitatio Extraug. Aden-

da.

Deinde additur. Ac eorum libros hæretim conti-

nentes, vel de religione tractantes sine auctoritate Sedis A-

postolica, sienter legentes, aut retenentes, imprimentes seu

quomodolibet defensentes, ex quibus causa publice, vel oc-

culte quouis ingenio, vel colore. In quibus verbis ob-

seruare licet, ex vii orum non prohiberi omnes lib-

ros ab hæreticis conscriptos, sed eos tatum qui de

tali subiecto tractant, vel talem doctrinam continent.

Et quidem, si tales sint libri, ut eorum errores con-

tingant, nulla est difficultas, quia etiā vnu tantu

error in toto libro cōtineatur, totus est prohibitus;

ne illo etiam delecto error licebit librum retinere,

quia absolute prohibitus est ex vi huius clausulae.

Qui autem sint dicendi libri de religione tractantes,

obscurius est. Opinor tamen omnes libros pertinē-

tes ad fidei exploitationem, & consequenter etiam il-

los, quibus diuina scriptura, vel aliqua pars eius ex-

ponitur: atque illos etiam, qui Theologiam schola-

sticam, vel totam, vel aliquam eius partem tractant,

sub illa particula continēti: excludi vero libros, qui

solum Philosophiam, doctrinam vel inferiores ar-

tes, aut etiam solam historiam continent, quamdiu

in eis nullus error admiscetur. Vnde qui hos libros

habuerit, vel legerit, ex vi huius clausulae hanc cen-

suram non incurrit. Dico autem semper ex vi huius

clausulae, quia quoad hanc partem consulendi sunt

iudices, & Romanus, & Episcopalis, vel S. Inquisi-

tionis; & obseruanda sunt omnia quæ huic clausu-

la in eis adduntur sub aliis censuris.

Atque simili modo ex vi horum verborum non

prohibetur sub hac censura libri editi à Catholicis,

etiam si in eis sint inserti errores hæreticorum, vel

notiones eorum, vel etiam historiam continent, quamdiu

hæreticorum, aut eos his-

torice nar-

entes non

comprehen-

duntur.

Nauar,

Rebuff.

libri Catho-

lici comen-

tes impugna-

tiones eorum

hæreticorum

aut eos hi-

storice nar-

entes non

comprehen-

duntur.

Nauar,

libros Catholicorum, etiam si habeant scholia, vel

notations hæreticorum, ex vi huius clausulae non es-

se prohibitos: quia illi non sunt simplicitate libri hæ-

reticorum. Quod tamen ego limitare, nisi tales seu

tam copioli essent commentarij, ut iam censetur

liber potius ex eis, quam ex texu constare: nam tūc

si concurreret altera ex dictis conditionibus, scilicet

quod liber vel errores contineret, vel de religione

tractaret, libitus talis liber esset ex vi huius clau-

sulae, sufficeret ad hanc censuram incurrandam.

De aliis vero catholicorum libris, qui habent breves

annotationes hæreticorum, licet hinc non fiat men-

atio, seruanda sunt, quæ in indice librorū statuuntur,

ut dixi. Aduerit deniq̄ Rebuff illa verb, publice vel

occulte referri ad omnes præteritos & mihi placet.

A Ultimo additur in eadem clausula, Nec non & schismatis, & eos qui se à nostra; & Romani Pontificis Aliiātum pro tempore existentis obedientia per trinaciter subtrahunt, vel residant. Per quæ verba fit extensio huius censu- clausula re ad cīguen distinctum ab hæreti: nam iuxta do- natus. D. Thom.

Etiam si generatim suntur, comprehendit hæretum & ali- quid aliud: nam omnis hæreticus us schismatis est, non vero est contrario. Si autem schisma sumatur speciatim, ut cōdistingui soleret hæreti, quomodo in prædicta clausula sumi videtur, significat pecca- tum recedendi pertinaciter ab obedientia Ecclesiæ, absque errore in doctrina fidei: & ideo dicitur ad Thomam opponi charitati, non fidei, de quo alias. So-

B lum ad intelligentiam dictorum verborum hic ad- uerto schisma quasi per antonomasiā dico, quando præter verum, & indubitatum Papam alius eri- gitur, eique obeditur. Quod quidem si fiat ex præ- Schisma opinione circa unitatem capitul. seu vicarij Christi, qua erit non solum schisma, sed hæretis; si autem fiat, vel solum ex malitia, & præua voluntate, sic erit prou- prium schisma, de quo videtur esse sermo in prima parte illorum verborum. Quia vero non tantu illo modo schisma committitur, sed etiam quoties ab obedientia Summi Pontificis pertinaciter receditur, ideo etiam hoc in sequentibus verbis explicatur: & ad hoc totum prædicta censura extenditur, quæ fine reseruatione lata videtur in cap. lxxi de electio- one, & in c. de schismatis, & in c. Nullus, 19. de qui- bus textibus infra dicemus.

C Sed obiicit aliquis, nam ex dictis sequi videtur quoties aliquis ita peccat, ut incurrit quamcumque excommunicationem, præsentim à obedi- en- tia Pontifici in una, vel alia re aliud vero simpliciter subtrahere ab obediētia eius pertinaciter. hoc enim significat simplicitet non recognoscere illum ut superiorem, atque ita se gerere, ac si non esset illi subordinatus, neque vnitus ut capiti. Vnde ad hanc censuram satis est voluntate, & actione ita se gerere, etiam si in mente & che aliud cōtineat quia hoc pē- catum schismatis satis perfecte in sua specie illi modo consummatur: Quapropter (quo d' obseruandū est) catholicī, qui sub hæretico principe viuunt, veri- gatrici, in Anglia, eique ut supremo capiti exterius obedient, quanvis in conscientia peccas hæreti- corum non contrahant, hanc vero clausulam quo- ad hanc vltimam partem & censuram non effugunt: quia licet vere hæretici non sint, proprie tamen ac vere sunt schismati, ut ex dictis constat.

D Duo denique sunt circa hæc vltima verba obser- uanda, Vnum est hanc censuram quoad hanc vlti- mam partem non extendit ad fautores, receptatores, aut defensores schismaticorum: quia illa extensio prius facta est de hæreticis, hic autem taceret quo- ad schismatis: & per hoc tacite excluditur. Pra- fessi, quia ut recte notauit Cajetan. verb, Excom- municatio, in principio, quoties censura fertur con- tra aliquos hoc vel illud facientes, si in ipsa lege ex- prese non extenditur ad consulentes, adiuvantes, & similes, illos non comprehendit: quia verba po- nalia stricte intelligenda sunt: hi autem omnes in ri- gore non sunt facientes id, prōpter quod talis cen- sura fertur, & prōpter multa alia qua congerit Nauar. principia & schismatis defensio- nes, non compre- hensio hanc clausulam, Caietan.

E sicut enim in illis, ut cōstat, exceptionem firmare regulam in contrarium, ita nos dicere possumus extensioem, quæ ad hunc casum definitum sit, limitari, ne ad alios fiat.

Sect. II. De Excom. contra hæreticos, & schismaticos. 321

hat. Præterquam quod generale principium est, ex-
communicationem non extendi ab uno casu ad a-
lium, nisi in lege exprimatur, ut late Nauarrus pro-
sequitur dicto num. 51. Vnde nec propter paetum
cum demone, nec propter quemlibet abusum Sa-
cramenti, nec propter alia peccata ad tribunal In-
quisitionis spectantia propter suspicionem hæretis,
vel superstitionis religionis, hæc censura incurrir-
tur: quia neque hæretis, neque schismatis sunt. Et id-
eo bene nota: Nauarrus numero 55. magis olim
fuisse comprehensio in hac censura, & clausula in
Bulla Pij Quinti, quia in ea exprimebantur: nunc
autem non comprehendit, quia non exprimuntur.

Secunda clausula eiusdem Bullæ contra appellan-
tes à Papa ad Concilium gene-
rale.

Secunda censura fertur in dicta Bulla contra eos, qui ab ordinationibus seu mandatis Romani Pontificis pro tempore existentis ad futurum gene-
rale Concilium appellant. In qua clausula actio, propter quam fertur censura, satis clara est; nec videtur distinguendum de appellatione à mandato iusto, vel iniusto: quia constitutio hæc indistincte & absolute loquitur; & non fundatur in eo, quod res à qua appellatur, iusta, vel iniusta sit, seu talis ut ab ea iusta appellari possit, si esset superior, ad quam posset appellari, sed in eo, quod sic appellans iniuriat facit Apostolice Sedi: nam videtur profiteri generale Concilium esse superius illa; quod tam à sententia iusta appellando, quam à iusta. Fuitque similis excommunicatione lata, & reseruata à Pio II. & Julio II. vt Sylvestri, & Nauarrus referunt. Quoad personas vero generalissima est illa censu-
ra, quia fertur in omnes, cuimuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint. Quia vero excommuni-
catione non fertur in communicatam, sed in singu-
lares personas, ideo in eam, si tale delictum com-
mittat, interdicti censura fertur; de qua infra suo
loco.

Extenditur denique illa censura ad eos, quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit. Sed autem auxilio, vel favore appellationem antecederet; nam si tunc subsequatur, decurso ad resistendum Pontificis præceptis sub specie talis appellationis: tunc non incurritur hec censura ex vi huius clausula: quia non est revera datus fauor ad appellandum, sed ad actiones postea subsecutas, quæ sunt longe diuersæ. Nec satis erit, quod is, qui appellat, id faciat spe & fiducia auxiliij alterius, si illa non ex vi promis-
sionis, aut verborum alterius concepta sit, sed solù ex titulo amicitia, vel alterius coniunctionis. Præ-
terea, quando talis fauor præcedit appellationem, non statim incurritur hæc excommunicatione, donec appellatione ipsa subsecuta sit, iuxta generalem & optimam doctrinam Caietani verb. Excommuni-
catione, in principio quod quando excommunicatione non per se fertur, in propriam actionem vt sic, sed solù ut cooperatricem, vel adiutricem alterius, tunc ad incurrandam excommunicationem non satis est a-
ctio dantis fauorem, vel auxilium, nisi actio vel ef-
fectus principaliter prohibitus subsequatur: quia in
hanc actionem directe & per se lata est excommuni-
catione, in alias vero quasi per extensionem: ita vero
est in presenti. Quod optime significatum est in illis
verbis Bullæ quorum auxilio, vel favore appellatum fu-
erit: Donec ergo sit appellatum, non incurrit ex-
communicatione.

Quæri vero potest, an dans consilium; incurrit
hanc excommunicationem: nam concilium ipsum
videtur esse quidam fauor, vel auxilium morale: qui
enim rectum consilium præberet, non parum iuuit ad
bene operandum. In contrarium vero est, quia in

A rigore sunt influxus distincti, & ad distinctos fines ordinati: consilium enim est ad instructionem metis: auxilium autem & fauor ad executionem. Vnde Dubitatio: in aliis iuribus quando extensus sit ad consilientes, non modicata
expressa sit eorum mentio, vt in sequentibus vide-
bimus. Et ideo probabilius censio per hanc clausulam non comprehendit pure consilientes. Voluente-
nim Pontifex per hanc censuram cohibere potentes qui esti caciis resistunt: de doctrina autem vel con-
silio nihil in eo loco statuit.

Tertia censura eiusdem Bullæ contra piratas, Cursi-
os, &c.

Tertia censura fertur in dicta Bulla contra omnes piratas, cursios, & similes latrunculos maritimos. Est autem obseruanda notabilis differ-
entia in hac Bulla Clementis VIII. collata cum Bul-
la Gregorij XIII. nam Gregorius sic ait, Excommu-
nicamus omnes piratas, & latrunculos maritimos, & illas hanc clau-
precipue, qui mare nostrum, &c. Quæ verba primum ¹⁸ suum.
comprehendunt omnes depravantes in mari, ubi-
cunque depraventur; & deinde speciali ratione, vel
ponderatione eos, qui in illis locis mariis Tyrreni, &
Adriatici, que ad tempore dominum Pontificis
pertinent, ita delinquunt. At vero in Bulla Clementis
verba sic habent, Excommunicamus, & cæ. Lat-
runculos maritimos, discurrentes mare nostrum, preci-
pue a monte Argentario, & que ad Terracinam. Vnde vi-
detur non omnes Piratas, sed solum discurrentes
in suo mari Clemens excommunicare. Exfimmo ta-
men illa verba discurrentes, &c. Non est coniun-
da præcedentibus ut determinationem seu limita-
tionem eorum, sed singula esse membra distincta,
sicut in ipsa Bulla virgultis interiectis distinguuntur.
Ita vi absoluens sefus sit, Excommunicamus omnes
piratas, & latrunculos maritimos, & postea addatur,
discurrentes mare nostrum præcipue; si enim ita coniun-
gamus, clarior erit sensus, & nulla erit diueritas in-
ter prædictos Pontifices.

Est etiam alia notanda differentia inter verba il-
lorum Pontificum: nam Clemens solum ait, Discur-
rentes mare nostrum &c. Neque explicat, aut requirit,
ut ibi aliquam actionem exerceant. Gregorius au-
tem sic ait. Et illos præ ipse qui mare nostrum a monte
Argentario & que ad Terracinam discurrunt, eos, qui in
illo nauigant deprendant, multant, interficiant, rebusve
& bonis ipsolani. Iuxta quem verborum tenorem co-
stat, si aliquis pirata discurreret illud mare animo
illa omnia perpetrandi, nihil tamen eorum exequi
posset, non incursum illam censuram, donec aliqui
quod ex illis operæ complerent. Imo si non in nau-
igantes, sed in opibus aut hominibus in littore in-
ueniatis eas actiones exerceret, non incurret talem
censuram: quia verba definita loquuntur de depræ-
dantibus nauigantes. Nunc vero iuxta Bullam Cle-
mentis dubitari potest, an discurrentes illud mare,
tanquam latrunculi aut piratae, hoc ipso excommu-
nicationem incurrit, quamvis nullam prædam fa-
ciant. Et sane videatur dicendum illam incurrire,
tum quia non sine causa alia verba à Gregorio pos-
ita omisla sunt: hec autem non videtur fuisse alia, ni-
si vt illa censura generalius fertur: tum erit quia ex
vi illorum verborum nihil aliud requiritur ad talem
censuram incurrandam præter talem discurrsum in eo
mari: qui per se satis est ad grauem iniuriam Summi
Pontificis, quatenus est dominus, & custos illius
maris, & consequenter continet delictum sufficiens
ad talem excommunicationem incurrandam: cum
denique quia hoc modo optime intelligitur tenor
illius clausule, & quid speciale in illo Pontificio
mari prohibetur, aut puniatur. Pirata enim, &
latrunculi maritimi, etiam si per mare discurrere
incipiant, non incurrit excommunicationem,

¹⁹ donec

E

²⁰ *Alia diff.*
rentia verba
ea dicitur
Bullæ
excom. in
re dicunt
te soli n.
Pontif.

donec actionem aliquam furandi compleant: ab il-
la enim fures nominantur, & propter illam præci-
pue puniuntur. Quoad mare vero Pontificium spe-
cialiter prohibentur sub eadem censura, ne ibi dis-
currant. Et hie sensus videtur mihi satis probabilis,
quamvis quia nouus est, sicut etiam est noua forma
verborum Clementis, solum illum propono, vt de
illo Doctores iudicium ferant.

²⁰
*An excom-
municentur
pirata de-
predantes
quoque
vel rancum
Christianos.*

Dubitari vero potest, an excommunicentur i) piratae de prædantes quoque vel rancum Christianos, qui, licet alias pirate sint, huic iusti actiones interdum exercent circa aliquos absque iniustitia, scilicet in Turcas, vel alios similes, qui contra Ecclesiam, vel Christianos principes bel-
lum gerunt, quam in illis actibus non se gerunt ut pirate. Difficilias vero esse potest, si iniuste de prædantur alios, etiam si illi infideles sint, an id sufficiat ad incurrendam hanc censuram. Et ratio dubitandi esse potest, quia simpliciter fertur hæc censura contra piratas, & latrones maris; tunc autem vere exercent hoc munus: ergo incident illam censuram. Quod maxime locum habere potest, quando huic iusti infideles nauigant cum facultate (saluum condu-
ctum appellant) Summi Pontificis, aut aliorum Prin-
cipum Christianorum, ad quos ius illam conceden-
di pertineat: nam tunc non solum infidelibus, sed i-
psis etiam Principibus Christianis fit grauis iniuria
in huic iusti de prædatione: merito ergo com-
prehenditur tale delictum in hac clausula, quæ vniuer-
sali, & absoluta est. Alio etiam modo potest contingere hæc iniustitia, si fiat in homines gentiles, nec subditos, nec inimicos Ecclesie, quos prædicto modo offendere in nau, piratarum latrociniu[m] est, cur ergo sub hac censura non comprehendetur?

In contraria vero est, quia quamvis in hac clausula sit absolute sermo de piratis: nihilominus tam non comprehenduntur nisi piratae Christiani, seu baptizati: quia alij non sunt capaces censuræ, neque his præcepit Ecclesiasticus subduntur: ergo eadem ratione non intelligetur ferri hæc censura, nisi contra piratas expoliantes Christianos. Paret conse-
quentia, quia equitas postulat, vt vtriusque feretur aequalitas; sicut ergo pirata infideles, etiam si spoli-
ent Christianos, non comprehenduntur, nec specialiter puniuntur ab Ecclesia gladio spirituali, sed a-
gendum contra illos est, si fieri potest, gladio mate-
riæ, & bello: Ita nec Christiani pirate, si tantum in
infideles hoc munus exercant, licet inique agant, non comprehenduntur sub hac clausula, & censura. Imo nec propter eam videtur puniri ab Ecclesia regu-
lariter loquendo, qui iniustitia illa quodammodo est extra terminos Ecclesie, sicut est iniustitia quam ipsi infideles in Christianos exercent, nisi for-
tasse quatenus illa de prædatione redundat in iniuria
Christianorum principum, vel in Ecclesie oculum, aut aliud simile docu-
mentum: quæ malitia est for-
maliter distincta ab iniustitia, seu latrocino pirata-
vicio. Et puniri quidem potest ab Ecclesia, non tam
men videetur puniri ex vi huius clausulae, neq[ue] alcu-
ius censuræ, quæ ipso iure lata inueniatur. Et hac
posterior pars videtur mihi probabilior: quæ ex se-
quenti clausula, & censura magis explicabitur.

²¹
*Verius fe-
tientiane-
gans.*

²²
*An compe-
hendantur
consilium
dantes sub
fautoribus.*

Additur in eadem clausula extensio eiusdem cæ-
sus, ad factores, & receptatores, & defensores. De qui-
bus qui sunt, arbitrio iudicis relinqui solent iuxta
L. i. ff. de liture deliberant: tamen in conscientia, ipsa
est optimus index, si huiusmodi malefactores qua-
tenus tales sunt, aut verbis, aut factis defendit, aut
fauorem præbuit, &c. &c. Dubitari vero potest sicut
in precedente puncto an dantes consilium, comprehendantur. Et quidem autores communiter ex-
dunt hanc censuram ad dantes consilium vt videtur
est in Angelo verb, Excommunicatio 5, casu 18. & Ca-

^A ietan, verbo *Excommunicatio*, cap. 18. Illi tamen lo-
quuntur iuxta antiquiores bullas, quæ expresse ad-
debant verbum *consilium*, vt Cajetanus refert & Na-
uarrus notat. In bulla tamen Gregorij, & Clementis
verbum illud omisum est. Nihilominus Nauar-
rus n. 59. ait etiam nū illos comprehendendi. Quia ne-
gari non potest (inquit) eum qui consulti auxiliari,
vel fatere, argumento L. *Quod fauore*, C. de legib.
Sed verba illius legis sunt. *Quod fauore* quorundam
constitutum est, quibusdam casibus ad lesionem eorum no-
lumus inueniuntur: quæ verba quid ad rem pre-
sentem faciunt, non video. Cajet. citat etiam Barto-
lum in I. *Si viri*, §. 1, ff. de Inuiriis. Sed nihilominus negativa pars mihi magis probatur, propter ea que
dixi in superiori clausula.

Supereat vero quotidianum ac necessarium du-
bium, an qui ex instiutoru[m] sua navigationis latro. Dubium
num seu officium pirate non exercet, sed ob sua ne-
gotia, vel iustum bellum nauigat, interim tamen
casu aliquo spoliat Christianos nauigantes, incurrit
hanc censuram. Item an ij, qui titulo bellii quamvis
iniusti eos in mari spoliant, contra quos se bellum
gerere proftentur, hanc excommunicationem incur-
rant. Circa hoc Angel. in Sum. Excommunicatio 5, casu
18. sentit in omnibus his casibus incurriri hanc cen-
suram: neq[ue] aliud putat ad eam incurrendam requiri,
nisi in mari de prædari absque ticulo iusti bellii nam
hoc sufficit ad constitendum piratam. Idem sentit
Cajet. dict. c. 18. dicens, *canonis* *flui* *materiali* *ij*. *Le-*
tracium *maritimum*: sentit ergo quoties hoc latro-
ciniu[m] fit, satis esse ad illam censuram incurreret.

Contrarium tener Sylvest. Excommunicatio 7. in
20. censur. n. 55. & 5. casu summan Roselli, Jo-
an. Andream, Joannem de Lign. & Panorm. qui di-
cunt ad incurrendam hanc censuram non satis esse
in mari committere latrociniu[m], nisi qui commit-
tit, sit pirata, nam ex vi huius clausulae pirate tan-
tum excommunicantur. Ut autem aliquis sit, & di-
catur pirata, tres cōditiones requiriunt Sylvest. Pri-
ma est indifferenti spoliandorum, scilicet, quia non
vnam nationem tantum, sed quamcumque spoliare
intendit. Secunda, ut hoc faciat principali intentio.
Tertia, ut si Genuensis (inquit) principaliter intedat va-
care sūs negotiis, etiam si concomitante intendat
spoliare omnes Venetos. Tertia, vt id faciat non bā-
nito bello, quia si habet bellum etiam iniustum, nō
est pirata. Veruntamen hæc voluntarie, & sine pro-
batione, atq[ue] adeo sine probabilitate mihi dicta vi-
detur, præsertim quoad duas primas conditiones.
Nam sequitur ex prima conditione, eum non esse
piratam, nec incurrendam hanc censuram, qui per mare
discurrit intentione spoliandi etat Hispanos, aut
Lusitanos ex India venientes, idque iniuste exequitur,
& nullum aliud latrociniu[m]. Consequens est
omnino falsum, quia ille vere est maritimus latro,
& pirata: & ideo in illum verba huius clausulae pro-
pissime conueniunt, vt recte contra Sylvestrum
confiderat Nauar. supra, n. 59. Præterea quid est
absurdius quam dicer eum qui nauigat intentione
de prædandi, eamque exequitur, propterea quod si in-
mul, & principalius intendat mercaturam, non in-
currere hanc excommunicationem: nam etiam qui
furatur propter mœchiam, principalius est mœ-
chus, quam fur: sed non propterea censuram contra
fures latam effugeret, quia parum refert qua inten-
tione quis committat, si actum illum perfectum, &
consummatum committit, cui iure ipso annexa est
excommunicatio. Ita ergo est in prædicti, nam sicut
ille vere est fur, ita etiam hic est vere pirata, etiam si
secundaria intentione piraticam exercet: vt enim
sit perfectum, & consummatum peccatum, satis est
voluntas committendi talem actum cum illius
exécutione: quacunque intentione fiat.

Atque hinc inferri videtur, etiam si quis titulo sed
appellatione belli, quod planè iniustum est, latroc-
inia

Depredan-
ti in mari
tudo bellic
a et iniuste
non incor-
pum hanc
excom.

cinia hæc maritima exerceat, non effugere hanc cœ-
suram: quia se ipsa illud est verum latrocinium in
mari commissum, quacunque intentione fiat, & id-
eo alio titulo seu nomine vestiatur. Sed nihilomi-
nus quoad hanc partem probabilior est contraria
sententia: nam aliud est loqui de iniustitia genera-
tim sumpta, quæ late loquendo, solet in vniuersum
latrocinium, vel furcum appellari: Aliud vero est lo-
qui de proprio furto seu rapina, a quo non nomen pirate
seu latronis maritimi sumptum est. Quamvis ergo
que rapiuntur in bello iniusto sumantur iniuste:
& hoc modo illud dici possit latrocinium, tamen
quia non sit solo titulo accipiendi rem alienam, sed
titulo vindictæ, seu poenæ, aut etiæ defensionis, ha-
bet peculiarem modum iniustitiae distinctum à la-
trocino. Et ita qui solum hostes suos, contra quos
habet publice indicatum bellum, in mari depre-
dantur, aliis vero nocumentum non inferunt, cōmuni
appellatione non cōsentur pirate, nec latrones, sed
iniusti bellatores. Et ideo non comprehenduntur
sub hac lega.

Atque idem dicendum censeo in priori casu pro-
posito de eis, qui aliquando incidenter depre-
dantur in mari. Quam esse omnium sententiam dicit
Nauarrus: & ita illam approbat, vt per se certa ab-
que probatione. Mihil tamen non videtur quidem
carere difficultate, quia ad incurram censuram
vnus actus sufficit, etiam si lata sit cōtra homicidas
& alios similes: quia in malis vnius actus sufficit ad
huiusmodi denominacionem, nam malum ex quo-
cunque defectu, & ita absolute dicitur fur, vel la-
tro, etiam si semel tantum furatus sit: vnuis autem
actus maritimi latrociniij, etiam si incidenter fiat, in
toto rigore latro, & iuridico pirata dicitur, arg.
L. Seruus, s. de actionib. & oblig. ergo qui vel semel
illam committit, vere dicitur pirata. Eo vel maxi-
me, quia non sine causa adduntur in hac clausula om-
nes illæ voces, Pirata, cursari, & latroculi maris: nā
saltem sub hac tertia appellatione comprehēdipof-
fent hi, qui tantum aliquando, & incidenter depre-
dantur. Nihilominus tamē, quia materia est præna-
lis, & restringenda, & iuxta communem sententiam
hæc lex intellecta est de iis, qui quasi ex officio nau-
ticum latrocinium exerceant, ideo ab illa non vide-
tur recessendum. In illo ergo casu habebit locum c.
3 de Raptorib. sed ibi non fertur excommunicationis
ipso iure, sed ferri mandetur in eos qui Romanos, aut
alios Christianos pro negotiacione, aut aliis honestis causis
nauigio vectos, aut capere a rebus suis spoliare præsumuntur.
Nam quia illæ textus de spolianteib. absolute loqui-
tur, ideo in iis etiam, qui vel semel spoliante, locum
habet. Est etiam alia notanda differētia inter textū
illam, & clausulam nostram: quod ille non restrin-
gitur ad mare, sed similiiter loquitur de nauigio
vectis: vnde in fluminibus etiam procedere potest:
nostra autem censura, seu clausula solum habet locum
in latronibus maris. Vnde si qui essent, qui in
solis fluminibus deprendantur: illam censuram
non incurrent, vt Nauarrus aduertit: & sentit An-
gel. dicens hanc censuram esse contra eos, qui de-
prædantur in mari.

Quarta censura contra naufragantium Christiano-
vorum bona spolianteis.

Quarta censura Bullæ Cœnæ fertur contra omnes
& singulos, qui Christianorum quorumcunque na-
vibus tempore iactatis, seu quoquo modo naufragium
passi sive in ipsis nauibus, sive ex eisdem electi in mari, vel
in litore inuicta causa, cunque generis bona, in cuiuscunq;
maris regionibus, & littoribus subripiant. Similis cen-
sura (licet non reservata) lata fuerat in Concilio La-
teranensi, sub Alexandro III. & habetur in cap. Ex-
communicationi, de Raptoribus: quāuis verbis breuio-

ribus & obscurioribus scilicet. Qui Christianos nau-
fragium patientes damnata cupiditate spoliante rebus suis,
nisi ablati redditur, excommunicatione securim sub-
lacer. Igitur vtroque ex his iuribus fertur excom-
municatio in eos, qui occupant bona naufragantū.
Differunt tamen primo, nam ex vi Bullæ Cœnæ so-
lum requiritur actio subripiendo ad incurram
censuram, vt patet ex tenore dictorum verborum,
at vero ex vi c. Excommunicationi, præter actionem
spoliandi requirit morsa restituendi, vt satis etiam
pater ex citatis verbis, & notauit Nauarrus dist. c.
27. n. 118. Vnde difficile est ad explicandum, quando
talis excommunicationis ex vi illius textus incurritur.
Caietan. verb. Excommunicationi, c. 23, ait, acceptio
non puniri in dicto textu, quia nō est intrinseca ma-
la, sed interdum potest esse actus charitatis: deten-
tionem autem, cum iam sit in iusto domino, esse in-
trinseca malam, & ideo puniri per illam censuram.
Vnde sit, vt tunc incurrit illa censura, quādo de-
tentio incipit esse iniuriosa, & contra rationabilem
domini voluntatem. Et quia obligatio restituendi
seu redditio rem alienam, per se loquendo, est ad
statim, cum primum opportune & moraliter fieri
potest, ideo, quam primum accipiente prætermittit
hanc opportunitatem sciens, & volens, tunc censem-
tiam esse in sufficien t mōra redditio, vt statim
illam excommunicationem incurrit. Nec requiri-
tur illa admonitio, quia ipsa lex sufficienter admo-
net, & cum ferat excommunicationem hanc ipso
iure, vt verba citata declarant, non expectat aliam
admonitionem ab homine faciendam.

Quæ doctrina quoad hanc posteriorem partem
mihil placet: non vero quoad priorem, in qua vide-
tur supponere textum illum non loqui de acceptio
ne iniusta, sed de acceptio absolute: atq; ita intel-
lexisse videtur Nauarrus. Et ideo ait, non solum at-
tentia Decretali, sed etiam attentia Bullæ, acceptio
non sufficit ad censuram cōtrahendam, sine mora
& voluntate restituendi. Addit vero limitatio-
nem, nisi acceptio fuerit scienter patescata, quia tunc il-
la sufficit. Quæ verba mihi sunt obscurissima & ap-
plicata ad Decretalem non sunt vera, quo cuncti sen-
tiū intelligantur, & ad Bullam non sunt necessaria.
Ita que intelligo Decretalem loqui de acceptio
ne iniusta, que procedit ex voluntate sibi rapiendi hu-
iusmodi bona aliena; que actio intrinseca mala est;
& nihilominus noluisse Concilium propter illam
solam excommunicationem imponere, siue scien-
ter, & patescendo suam malitiam, siue quocunq;
alio modo: quia Decretalis indistincte loquitur. Ra-
tio vero non est alia, nisi quia noluit Concilium tam
seuere agere cum his raptoribus, & fortasse etiam
quia illa acceptio, quamvis male facta poterat esse
utile naufragium patiētibus, si eis tādem restitu-
rent bona, quæ alioqui forsan perirent. Hunc
autem esse sensum decretalis, patet, tum ex illis ver-
bis, damnata cupiditate spoliante: quæ verba aperte si-
gnificant iniquam acceptiōnem. Item quia illa ex-
communicationis (ex mente Concilij) non contrahit
ur nisi ob omissionem redditio talia bona (sive
domini, vt declarant illa verba, Nisi ablati redditur,
ergo acceptio quantumvis iniqua, & scienter ac
patenter facta, non sufficit ad illam censuram in-
currendam, quia censura ipso iure lata non incur-
rit, donec cōsumetur actus ipso iure requiūscit.

Nec satis faciet qui dixerit, ipsam acceptiōnem in-
iustam cum voluntate retinendi, & nunquam red-
dendi esse iniustum retentionem, & quādam omis-
sionem redditio: falsum enim hoc est, nam redditio
supponit rei acceptiōnem, & necessario requirit
aliquam moram inter vtramque. Nec refert, quod
a principio potest quis habere voluntatem non red-
dendi suo tempore, & consequenter habere malitia-
m, quæ est in non restituendo: quia tota illa malitia
quād hoc est mere interior, & nondum exer-
cuit

cuit actum, seu omissionem externam, cui annexa
Corollarium fuit excommunicatio. Vnde obiter infero, quod li-
ceris qui talia bona inique rapuit, aliquo tempore
perfeueret in illa voluntate non restituendi, si tamē
nondum habuit occasionem restituendi, neçq; pre-
termisit aliquam debitam diligentiam, nondum con-
traxit illam excommunicacionem, donec in ipsam
reditione extera incipiat esse in mora, vel negli-
gentia morali procurandi illam. In quo recte dixit
Caietanus. Addens, & merito, nullam aliam moni-
tioneum requiri, fecutus Panormitanum in dict. c.
Excommunicationi. Et vtrumque sequitur Nauar.
contra. Ioan. Andr. & Sylvestrum, qui certe nulla
probabilitate nituntur.

¹⁹ At vero iuxta tenorem Bullæ sola acceptio iniu-
sta sufficit ad hanc censuram contrahendam: hanc
enim significat in omni proprietate verbum *subri-
puerint*, ultra quod nihil additur, quod vltioreum
moram vel aliquam aliam speciale conditionem
requirat. In Bulla autem Gregorij additur, *Rapu-
rinus, aut scienter sibi ipsi accepit, quod perinde est: ali-
ud autem verbum, quod ibi additur, statim explicabo.*

Ex his vero intelligere licet, oportere hæc accep-
tionem esse iniustam: non quacunque iniustitia, sed
illa qua est cōtra tales personas naufragium passas.
Vnde si quis inculpabiliter ignoret illa bona esse nau-
fragorum, etiamsi putet esse aliena, & inique acci-
piat, non incurrit excommunicationem: quia for-
maliter non agit contra hunc canonem. Et ad hoc
explicandum videtur additum in Bulla Gregorij
illud aduerbium, *Scienter: imo ex vi illius in rigore
sumpti, vt in huicmodi legibus sumi solet, nec i-
gnorantia culpabilis ad censuram illam cōtrahe-
dam sufficeret, nisi peccatum sit ex malitia, seu cer-
ta scientia.* Nunc vero illa questio sublata est in Bulla
Clementis: nam verba illa omnia omissa sunt. A-
ctio ergo subripiendi hæc bona naufragorum, siue
ex scientia, siue ex quacunque ignorantia inculpabili
procedat, dummodo ad grauem malitiam in eo ge-
neri sufficiat, est nunc sufficiens causa ad hanc cen-
suram incurriendam.

³⁰ Ex his vero nascitur non contemnēda dubitatio,
an qui nunc subripit hæc bona, & postea morosus
est, & pertinax in eis retinendis duas incurrit ex-
communications; vnam ex Bulla Cœna aliam ex
c. Excommunicationi. Et licet supra dixerim, quando
censura Bullæ concurredit cum censura iuris,
non multiplicari censuras, nihilominus in præsenti
dubio censeo multiplicari, quia reuera non concurredit
censura Bullæ cum censura illius capituli, sed per
diuersas causas seu peccata latæ sunt: peccatum
enim non restituendi distinctum est a peccato rapiendi.
Et censura Bullæ fertur propter latrociniū: cen-
sura vero illius Decretalis fertur propter retentionem.
Est tamen discriben, quod excommunicatio illius Decretalis referuata non est. Caietanus
vero vocat illam Episcopalem, sed melius dicitur
nulli referuata: quia non solum Episcopus, sed quilibet Sacerdos proprius illam auferre potest iuxta
regulam cap. *Nuper, desentem, excomm.* Alia vero
referuata est Summo Pontifici, sicut aliae omnes
illius Bullæ, vt in fine eius disputationis videbi-
mus.

³¹ Hinc vero nascitur aliud dubium, an si quispiam
bona fide hæc bona accipiat, vel quia ignorat esse
naufragantium, vel certe (quod frequenter eueni-
re potest) si illa occupet a principio animo conser-
vandi & restituendi domino (quod sine dubio fa-
ce potest & fine censura, & licite fieri) postea vero
voluntatem mutet, & incipiat retinere sibi, quam
censura incurret, an Bullæ, vel Decretalis, vel v-
tramq; Respondeo in primis, semper incurtere cē-
furam Bullæ: quia, licet materialiter tunc non acci-
piat rem, quia iam apud se habebat: moraliter tamē
illam primo tunc subripit, quando incipit eam vt

proprium retinere. Quantum ad aliam vero cen-
suram distinguere oportet: nam fieri potest, vt
quis mutet illam voluntatem, & incipiat rem sibi
vsurpare, seu ea vti vt propria, priusquam sit in mo-
ra reddendi illam domino, quia nondum oblatæ
fuit occasio eam reddendi: & tunc opinor non
dum contrahiri aliam censuram, vt à fortiori patet
ex dictis. Si autem oblatæ occasio reddendi illa
bona vero domino, tunc mutauit voluntatem,
& omisit reddere, sibiique retinuit, tunc opinor
vtramque censuram simul incurre: quia illa fi-
mul, & quasi eminenter est & iniusta acceptio, vt
ostensum est: atque est etiam iniusta detrac-
tio, quia non oportet, vt hæc mora reddendi sit post
acceptiōem iniustam, sed satis est quod sit post
acceptiōem realē, quæcumque illa sit. Nec
refert quod ea. Excommunicationi, loquatur, vt di-
ximus, de acceptiōe iniusta: quia id solum fuit ad
declarandum, quod per solam acceptiōem, etiam
iniusta sit, non incurrit excommunicatio; non
vero quod illa sit simpliciter necessaria, vt qui moro-
rosus fuerit in reddendis illis bonis, excommuni-
cationem illam incurrit. Dices, cum in eo casu una
& eadem culpa sit contra vtramque legem, cur non
erit etiam eadem censura? Respondeo, quia à
principio, & ex se distinctæ fuerunt, & causas for-
maliter diuersas respiciunt quam formalem diuer-
situdinem etiam in eo casu retinent. Verum est in or-
dine ad effectus morales. (excepta reservatione)

C non multum referre in eo casu multiplicari cen-
suras: quia explicata illa causa, eadem absolutione, v-
tramque auferetur, si absoluens habeat in vtramque
potestatem.

Præterea dubitari potest, an hæc excommuni-
catione extendatur ad fautores, seu adiutores, & ad
receptatores. De his enim nulla fit mentio in
Bulla Clementis. Quare dicendum est, hos non
comprehendi, nisi illi dici possint spoliatores,
propter regulam generalem supra traditam ex
Caietano. Et quidem in hoc genere peccati dan-
tes fauorem, & auxilium dici possunt spoliatores:
quia per se ac proxime cooperatur tali criminis.
Quando enim plures concurrunt ad furtum, omnes
verè furantur, etiamsi aliquis sit principialis,
alij vero quasi ministri seu coadiutores, quod fecerit
est de consilio, vt supra dixi. De receptato
vero maiori distinctione opus est. Potest enim
esse receptator solius persona, quia tale commisit;
& de hoc non est dubium, quin hanc censuram
non contrahat: quia verba huius prohibitionis in
toto rigore ad illum non pertinent. Potest item
esse receptator bonorum, non vt fiat particeps eo-
rum, sed solum ad occultanda, & custodienda illa.
Et de hoc etiam existime non incurre hanc cen-
suram, quia non potest dici in rigore spoliare al-
lerum, etiamsi remote & indirecte fiat particeps illi-
us criminis. Tertio vero potest qui esse recepta-
tor, vel potius particeps bonorum: quia is qui ea
acceptit, cum altero illa diuidit, vel ei donat. Quod
B dupliciter potest contingere. Primo quod id fiat
ex aliqua conuentione, vel mandato antecedente
ipsum spoliationem: ita vt duo conueniunt, ve-
rique, quod potuerit, accipiat, & postea in se accep-
tiōem: diuidant: vel quod vnu accipiat, alteri redditur,
cuius mandato, & expensis id agit. Et in eo casu o-
pinor huiusmodi receptatores incurre hanc cen-
suram: nam est vere spoliator, & latro. Addo
vero illam non incurre donec actu recipiat bona:
ita vt si alter cum eo non diuidat illa, non incurrit:
quia antea respectu illius non est consummatum
delictum, propter quod fertur censura, nam, licet
antea peccauerit, adhuc tamen permanet in ratione
mandantis, seu consulentis tantum, & contra hos
vt sic non est lata hæc censura.

Alio vero modo potest contingere, vt quis reci-
piat

³² Occupans bona fide hæc bona in
animore redende domino, si voluntate
zatem mutet, quam censuram
incurrat. Responso.

Sect. II. De excom. contra imponentes iniqua tributa. 325

Quid de a-
cceptu et be-
nab ipso-
liante, nullo
antecedente
pacto.

Resolutio.

14
Hoc bona
nula prae-
scriptio,
sue con-
suetu-
dine ac-
quasi.

Quinta excommunicatio contra imponentes
iniqua tributa.

33
Quod de n-
iponente
in, non
fuerit
aliqui.

Quinta excommunicatio fertur in eos, qui in ter-
ris suis nova pedagia, seu gabellas, praterquam in casibus sibi à iure seu privali speciali Sedis Apostolicae per-
misso imponunt, vel auctor. Ita habent verba Clementis. Gregorius aurem declarans personas, solum dicit, *Ad id potestatim non habentes: in re tamen idem es-* se videtur; in Bulla vero Clementis explicatur, potestatem hanc duobus modis haberi posse, scilicet vel proprio iure, vel speciali Pontificis facultate. Vbi statim duo interroganda occurunt. Vnum est, quod si illud ius, quo talis potestas habetur, & à quibus personis, & pro quibus casibus concedatur; aliud est, quo modo ad Pontificem pertineat, hanc facultatem dare illis personis, & in illis casibus, in quibus alias non habent dominium, velius sufficiens ad hanc vestigalia imponendam.

34
Qua tribu-
is imponen-
tissime
utinario.

Sed quia hic non licet omnes incidentes questio-
nes exacte tractare, circa priorem dicendum est, potestatem hanc imponendi vestigalia solum apud supremos principes, qui in temporalibus superio-
rem non habent, residere. Vnde in titulo 56. Feudo-
rum. Quae sunt regalia, inter alia numerantur vestigia-
lia, & pedagia: illa autem regalia participant, non
solum qui reges nominantur, sed etiam qui cum il-
lis in supremo dominio conueniunt. Quo sit vt
omnes alij principes & domini temporales, qui su-
premum non sunt, comprehendantur sub hac censu-
ra, si absque alia facultate hanc tributa imponant,
aut alia exigant, praeter ea, quae vel imperatoria aut

Fr. Suarez tom. 5.

A regia, vel sufficienti ecclesiastica potestate imposta sunt, vel ex antiqua consuetudine, à tempore, cuius non extat memoria introducta, argument. **C**apit. super quibusdam, de verb. signific. Atque ita constat, quæ personæ hanc facultatem habeant, scilicet, fo-
lias regias: & quo iure; scilicet, iure communis tam ciuili, quam canonico: imo videtur esse hoc quasi commune ius gentium, & quasi ex natura rei con-
sequens ad supremam, & regiam potestatem, si ita completa sit, vt suū munus perfectè possit exequi. Et ob eandem causam talis facultas iure ordinario merito negatur in inferioribus, quia non debent sub-
diti tot oneribus graui, quæ fuit etiam sufficiens
ratio ferendi hanc censuram. In quibus autem ca-
sibus sit permisum à iure ipsis etiam principibus
supremis hæc tributa imponere, non opinor esse
aliquo iure scripto definiendum, sed ipso intrin-
seco iure iustitia: non enim habent hi principes cer-
tas leges definientes, seu numerantes casus in qua-
bus possunt hæc tributa imponere, nec etiam suo
arbitrio possunt ea imponere vel augere, sed pro-
ratione sua necessestis, in ordine ad defensionem
Reipublicæ, vel aliam publicam utilitatem, &
seruatis conditionibus, vel ex natura rei, vel ex pro-
prio iure & consuetudine vniuersitatis regni
ad iustitiam requisitis, de quibus non est hic plura
dicendi locus, qua in Summa plures tamen refe-
rens, attigit hic Rebuff, in sua huius Bullæ expo-
sitione.

C Hinc vero nascitur dubium ad præsentis clausu-
la explicationem necessarium, an hi supremi prin-
cipes hanc censuram incurant quando in iusta tri-
buta imponunt, potestatem suam excedentia. Quod
dubium attingens Nauarrus supra numer. 61. abso-
lute negat eos in hac clausula comprehendi; & iu-
xta tenorem Bullæ Gregorianæ videtur id satis pro-
babile, quia solum excommunicat eos, qui tributa
imponunt, cum simpliciter & absolute ad ea impo-
nenda potestatem non habent: principes autem
supremi non sunt huiusmodi, quia absolute potes-
tatem habent, licet ea interdum male utantur. At
vero iuxta formam verborum Clementis non vi-
detur sane hæc opinio probabilis: imo ad illam ex-
cludendam videntur hæc verba mutata. Non enim

D excommunicat eos, qui potestatem non habent, sed
eos qui in casibus sibi non permisso gabellas im-
ponunt: ergo etiam si alias habent potestatem ad im-
ponenda tributa, si ea vtuntur in casibus sibi non
permisso, contra hanc prohibitionem agunt, & con-
sequeantur hanc censuram contrahant. Neque for-
tasse alia erat mens Gregorij, magis enim necessaria
est hæc prohibition ad cohibendum excessum haben-
tium. Nam domini non supremi, sicut potestatem
non habent ad imponenda tributa: ita rarissime
tentant illa imponere: & quamvis tentent, cum
habeant superiorem in temporalibus, ab illo pos-
sunt facile cohiberriat vero supremi principes, qui
potestatem habent, & superiorem temporalem
non habent, facile possunt in vnu illius potestatis
excedere: ideoque ad eos maxime dirigi videatur
hæc lex, si in casibus sibi non permisso tributa im-
ponant, vel (quod in idem recidit) si potestate vt
velint, vbi re vera potestatem non habent. Et ita
tunc vere dici possunt imponere, tributa potestatem
non habentes, vt ait Gregorius, quia licet alias habe-
ant, non tamen ad hoc, nam, cum est sermo de potes-
tate, respectuue debet intelligi, scilicet respectu a-
ctus, de quo sermo est.

E Altera interrogatio erat, quomodo possit Sum-
mus Pontifex hanc facultatem dare. Ad quam re-
spondet breuiter, Summum Pontificem non so-
lum in spiritualibus, sed etiam suo modo in tempo-
ralibus habere supremam potestatem, directe & per
se in suis terris, vt est vox, & supremus dominus
temporalis; in aliis vero indirecte, & per aliud, sci-
licet

17
Incurra-
ne hanc
censuram
supremi,
Principes
hæc tri-
buta im-
ponen-
tes.
Nauarr.

Resolutio.

Quomodo
possit Ponti-
fex faculta-
tem ad tri-
buta impo-
nenda dare.

lacet in ordine ad spirituale bonum alicuius regni, Vel totius Ecclesiæ, ut ex propria materia nunc suppono. Per hanc ergo potestatem, & in ordine ad eundem finem potest Summus Pontifex concedere facultatem imponendi vestigalia, etiam illi principi, qui nullam ad hoc potestatem habet, vel pro aliquo casu, in quo sine tali facultate ea imponere non posset. Sicut etiam per eandem potestatem potest Summus Pontifex aliquas personas eximere a tributis temporalibus debitis alicui Principi, siad spirituale finem id necessarium, vel valde utile, aut decens sit.

³⁹ *Principes ex-
tra sua ter-
ras tributum
imponens,
hanc excom.
incurrit.*

Ex his ergo satis constat in quas personas feratur hæc censura. Ut vero declaretur propter quas actiones feratur, singula fere verba clausule expenduntur. Primum est illud in terra suis, necesse est enim ut impositio tributi resociat territorium subiectum ei, qui tributum imponit, & respectu provinciæ, ciuitatis, aut loci ex se generale sit: ut in hanc vim habent citata verba. Statim vero emergunt duo dubia, an si Rex imponat tributum in aliqua terra sua, & in eo casu, in quo illud imponere potest, denique alias iustum, tamen quod personas generalius illud imponat quam iuste possit, comprehendo, verbi gratia, clericos, vel alias personas exemptas, an incidat in hanc censuram Bullæ. Et breuiter dicendum est, non incidere ex hoc capite, quidquid sit de alio pertinente ad libertatem Ecclesiasticam, de quo infra. Ratio est, quia non verificantur in eo facta verba Bullæ: nam in eo casu dici non potest, Regem illum imponere in terra sua tributum in casu sibi non permisso, sed modo non permisso, aut circa personas non permisas: haec autem circumstantia non prohibentur, vel puniuntur ex vi huius clausule, ut ex dictis verbis patet. Erita sententia Nauarrus citato loco. Dices ibi non prohiberit tantum imponere, sed etiam augere gabellas: ergo in illo casu saltem ratione illius augmentum incurrit hæc censura. Respondeatur, gabellam non dici augeri ex eo, quod fructus eius ex maiori multitudine personarum crescat, sed ex eo quod maior impositio pro singulari hæc: & de hoc augmentatione est ibi sermo iuxta sensum, & intelligentiam omnium: in casu autem proposito non interuenit tale augmentum, ut per se patet.

⁴⁰ *An Rex solis
privilegiatis
tributum
imponens in-
currat hanc
censuram.*

Aliud dubium est, si Rex imponat tributum in casu alias iusta, seu ex iusta causa, nolit tamen illud impouere toti populo ne illum grauet, sed vel clericis tantum, vel nobilibus, & alias privilegiatis, in hoc in iustitiam committens, an incurrit hanc censuram. Quæ res dubia quidem videtur, sed considerata verborum proprietate, dicendum appetat non incurrire: quia vel tale tributum respicit terram, vel personas tantum: si personas tantum: ergo tunc non imponit Rex tributum in terra sua, sed in hac vel illa persona: aque ita non committit contra hanc clausulam: quæ tractat de imponentibus tributum in terris suis. Si vero respicit territorium ipsum, non delinquit ibi imponendo tributum in casu sibi non permisso: nam, ut supponitur, causa, seu casus erat sufficiens: sed peccatum ob acceptiōnem personarum; quod est peccatum diuersæ rationis hinc non punitum. Aliud vero dicendum est, si causa etiam iusta ad imponendum tributum de esset: nam, licet pro personis alias expositiis ad soluenda tributa posherecur, cenferetur imponi iuste, & in casu non permisso: ergo etiam ex parte perfonarum, quibus imponeretur, simili iustitia deesset, semper tributum illud esset impositum in casu non permisso: ergo contra hanc propositiōnem, & censuram. Quod maxime verum habet, si tributum imponatur soluendum ab omnibus personis talis conditionis huius terræ, vel oppidi: nam sic impositum territorium respicit, quoniam non pro omnibus personis, quod necessarium non esse patet in le-

A gibus, vel statutis. At, si tributum imponeretur solum his, vel illis personis nominatim, certe videri posset non sufficiens materia huius censuræ: quia illa non sunt propria tributa in terris imposita, sed sunt exactiones personales iniquæ: de quo plura statim.

Alia verba expendenda sunt, *Pedagia, vel gabellæ*: ⁴¹ sunt enim in iuribus varia nomina, quibus tributa significantur. Ex quibus nomen tributi generale est: alia vero sunt specialia, ut nomen *pedagia, guidagii, &c.* quæ varias species tributorum ex locis velre- <sup>Quid pro-
digium, &
gabellæ in
Bulla Cl.
mentis fij.
declarante in capitulo Super quibusdam, de Verbo-
rum significat. & Sylvestre late verbo *Gabellæ, & Nau-*</sup>

B Nauarrus in capite *Fraternitas*, decimo secundo, quæstione secunda circa finem. Ex his ergo dubius vocibus, quibus Bulla vtritur, *Pedagium, speciale* nomen est, significans tributum quod soñatur à transiuntibus per certa loca à principibus designata, *Gabellæ*, autem generale nomen videtur, comprehendens omne genus exactionis, & tributi. Quare non est dubium, quin hac prohibito generalis sit: nam illæ duæ voces vñspatæ sunt, ut æquipollentes, ut ex illa particula /eu, coniugere licet. Quamvis enim nomen *pedagij* iuxta primam impositiōnem speciem illam tributi significet, tamen ex vi extenuatur ad quolibet tributi genus: quod significat gabella: non enim inuenio hanc vocem ad aliquam speciem tributi significandam prius impositam fuisse. Quocirca, etiam in Bulla Pij Quinti de aliis speciebus tributorum fiat mentio in speciali, quæ in hac Bulla omisla sunt, non propter minus universalis est hæc prohibito: nam illa generalia verba tributa omnia complectuntur. Hinc vero inferit Caietanus in Summa, verbo *Excommunicatio*, capit. *Corollaria* 71. eos qui imponunt nouas collectas, seu taxas, non *Cai.* incurrire hanc censuram: nam illæ nec pedagia sunt, nec gabella in propria significacione harum vocum, ad quam sunt hæc leges penales coarctantur.

Kursus consideranda sunt illa duo verba *imponunt, vel augment*: nam, ut recte notat Nauarrus cum Sylvestro & Angelo, secundum in primo continetur, quia augmentum gabella non sit sine noua impositio: & illud quod additur, nouum tributum, seu gabella dici potest: nam, licet adiunctum Sylvestri, præ existenti, si quasi pars tributi, & aliquishat ratione contendere possit additionem illam non esse noui tributi impositiōnem: hoc tamē fruolum est, quia illud est valde accidentarium, & ex se illa impositio sufficiebat ad nouum tributum constitendum: nihil omnium tamen ad maiorem explicatum illa verba multiplicata sunt.

Vltime vero adduntur verba illa *seu imponi vel augeri prohibita exigunt*, per quæ exenditur hæc prohibito, ut non solum imponentes, sed etiam exgentes tributa, hæc lege prohibita, comprehendat. Ita enim intelligenda, seu coarctanda est illa particula *prohibita*, etiam si in textu absolute ponatur: non enim excommunicantur hæc omnes qui exigunt, vel vñfuras, vel simoniacam mercedem, & alia similia iniusta, & consequenter prohibita, ut Caietanus notat, & est per se clarum; quia verba sunt iuxta subiectam materiam intelligenda. Ob hanc autem ampliationem incurrit hanc censuram omnes ministri, vel famuli, qui has gabellas prohibitas exigunt: & conductor, & hæres imponentis, qui eas exigunt mandat. Dicitur autem exigere is, qui tantum debita illa postulat ab eo, qui nollet a soluere, si posset, ut idem auctores notant. At denique in hac coactione magis considerandum est id quod exigunt, quam is, à quo exiguntur, nam per illa verba Bullæ illud prius determinatur, non vero hoc posterius. Et ideo siue gabellæ sunt ex prohibitis, id est, ex iis quæ simpliciter loquendo iuste imponi non possunt,

possunt, à quocunque exigitur, hæc censura incurrunt, quia semper exactio est iniusta, & contra ius. Si vero gabella non est prohibita per se & ex vi sua cause, & impositionis, sicut exigitur ab eo à quo non debetur, ut à clero, & ideo iniusta sit exactio, nihilominus non incurritur hæc censura iuxta communem sententiam, quia non exigitur gabella simpliciter prohibita. Ex quo sit, ut quoniam priuata personæ, & ministri facile possunt ignorare iniustiam tributi, & quando de hac illis non constat, iuste presumunt principem iuste agere, ideo tæpe possunt per ignorantiam excusari à culpa in huiusmodi exactione, & consequenter etiam è censura, quæ siue culpa incurri non potest. Hic addenda sunt, quæ infra tractabimus inter censuras non reseruatas circa. Quanquam, de Censibus in sexto.

*Sexta censura contra falsarios literarum
Apostolicarum.*

Sexta censura fertur in eadē Bulla cōtra, falsarios literarū Apostolicarū, etiā in forma Brevis, ac supplicationū gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanū Pontificem, vel Sanctā Romana Ecclesiæ Vicecancellariū, seu gerentes vices eorum; aut de mandato eiusdem Romanī Pontificis signatarum: nec non falsos fabricantes literas Apostolicas etiam in forma Brevis, & etiam falsos signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis seu vicecancellarij, aut gerentis vices predicatorum. Quæ verba, quoad personas in quas fertur hæc censura, generalissima sunt: fertur enim in omnes qui hæc delicta committunt, absque villa exceptione. Quoad actiones vero, duæ sunt, quæ hic prohibentur, & puniuntur: quamuis ambæ circa eandem materiam versentur, scilicet circa literas Apostolicas. Prior actio est fallare huiusmodi literas, quæ prohibita etiam sub anathemate fuerat in c. *Ad falsorum*, de Crimine falsi. Quamuis ibi non fuerit reservatio addita.

Fallare autem literas Apostolicas est non omnino falsa confingere seu fabricare, hoc enim spectat ad aliam actionem ibi prohibitam, sed est aut veras literas Apostolicas ab eam sincera veritate immutare, aut vero sigillo seu signo literarum Apostolicarum ad falsas literas consignandas vti, vt late exponitur in capit. *L'et*, de crimine falsi. Ex quo satis distincte percipi potest, quæ sit actio, quæ hic punitur, & quod modis fieri contingat. Inter quos quintus notandus est, scilicet, *Cum literis ballatis, & redditis, in eis aliquid per se, utrum tenet inmutatum*. Nam ex eis colligividerit, vel minimam immutationē in una litera vel puncto sufficere ad graue crimen falsitatis, atque adeo ad hanc censuram incurrandam. Quod ita sensu videtur Hōsiensis in Sum. de crimine falsi. *S. Porro*, quem sequitur Cajetan, verb. *Excommunicatione*, cap. 27. in fine, & Rebussus, hic. At Nauar. in Summ. capit. 27. num. 62. contrarium sentit, dicens non satis esse corrigerre aliquam literam, aut punctum, quod non mutat substantiam aliquam, ad incurrandam hæc censuram: quia non sufficit, inquit, ad peccandum mortaliter, quia nulli sit in hoc grauis iniuria, vel documentum.

Et quidem, in genere loquendo, non est dubium quin hac actio falsandi literas possit esse peccatum veniale ex leuitate materia, vñnotāui Caietanus in Summ. verb. *Falsarius*. Et patet quia non est maior ratio de hoc actu, seu materia, quam de aliis. Secluso autem peccato mortali, certum etiam est in conscientia excommunicationem non incurri, vt supra dictum est. Ad discernendum autem in presenti materia, an immutatio excusat à culpa mortali, primo considerandum est, an per eam immutetur sensus à Pontifice intentus, nimirum, quia facta hac mutatione aliquid afferatur, vel negatur, quod ipse

Fr. Suarez tom. 5.

A non intendebat, aut aliquid tacetur vel omittitur, quod ipse proferre intendebat. Et tunc semper est peccatum mortale sufficiens ad censuram incurrandam, etiam per vnius puncti, aut apicis mutationem immutatio heret: quia grauitas huius peccati non in atramento, & literis, sed in sensu consistit. At vero, quando sensus non variatur contra mentem Pontificis, duplíciter id potest accidere: primo ut mens Pontificis etiam ut expressa in talibus literis non variet, sed solum materialis seu grammatical error corrigatur. Et tunc non censetur esse peccatum mortale, nec incurri censuram: immo vix cernitur ibi aliquia culpa: quia si naturam rei incepimus, ibi nihil cōtra iustitiam, charitatem aut aliam virtutem, aut reverentiam Pontificis debitam est: immo videtur prospici honori seu decentia literarum eius. Si vero consideremus positum, illud prohibet, & damnat falsificationem: hæc autem re vera non est falsificatione. Quod si dicatur prohibere mutationem, recte id interpretamur de mutatione formalis, & quoad sensum, non de materiali, præsertim quæ in melius sit. Cauendæ tamen sunt similes emendationes: quia odiosa sunt, & possunt finistram suspicionem generare.

Alio modo potest contingere mutationem seu emendationem esse ad mentem Pontificis, secundum se: non tamen prout expressam in literis, vt verbi gratia, si certo constat Pontificem dispensasse in secundo gradu: in literis autem per errorē rem scriptoris positum sit in tertio, vel aliquo alio. Et tunc res est magis dubia, quia licet voluntas Pontificis fuerit talēm gratiam concedere, non est tamen voluntas eius, vt literæ, quæ illius testimoniūm continent, per alios, quam per ministros suos ad id deputatos conscribantur. Vnde si per tales literas, gratia illa explicata non est, etiam si casu, vel per errorē id contingit, non videtur licere eas in alium sensum mutare. Sicut non licet novas literas fabricare, & loco aliarum supponere. Et hanc partem securiorem, & veriorem esse sensio. Quamuis, si talis mutatio fiat, literæ validæ sint quantum ad esse dictum, quandoquidem re vera continent voluntatem concedentis. Vnde interueniente bona fide, facile etiam poterit talis actione à gravi culpa, & consequenter à censura in conscientia excusari.

Altera actio hic prohibita, & punita, est fabricatio falsarum literarum, quæ grauior est, quam præcedens, & nimirum fieri potest sine peccato mortali: & ideo semper sufficit ad hanc censuram incurrandam. In verbis autem citatis satis declaratum est, de quibus literis Apostolicis sit sermo: & ideo alia explicatio hic necessaria non est. Solum est aduentum hanc censuram non comprehendere eos, qui vtinam huiusmodi literis falsis, vel falso fabricatis, aut signatis: quia in tota hac clausu la nulla mentio eorum sit. Et vitium est longe diuersum fallare literas, aut iam falsatis vti. Vnde in dict. cap. *Ad falsariorum* hæc duo distincte ponuntur: & cum contra falsarios varie pœna partim, iure ipso latet, partim ferenda statuantur, contra vtiles falsi literis nulla pœna iure imponitur, quæ falsi communis sit omnibus, & quæ ferenda designantur, minus acerba sunt. Ruris obseruandum est, in dicta clausula Bullæ Cœm nullam mentionem fieri de fautoribus, seu defensoribus, neque etiam distinguui de falsis literis per se, aut per alios, sed solum esse sermonem de falsariis, & fabricantibus falsas literas, qui proprio & in rigore sunt illi, qui per se ipsos hæc faciunt. Quo sit, vt ex vi illius Bullæ hi omnes non incurraint excommunicationem. Incurrunt tamen illam ex vi cap. *Ad falsariorum*, nam ibi excommunicantur qui per se, vel alios literas falsant, & fautores ac defensores eorum: illa tamen excommunicatione ibi non reseruatur, vt dictum est.

E e 2 Additum

Secunda.

47

Tertia.

48
De fabrica-
tib. falsar
literas
Apostolicas.

Non ligant
tur vienes
literis falso
fabricatis.

Cap. Ad

falsariorum

a criminis

falsi.

Neque falso-
tore falsa-
riorum, aut
principiorum.

49 Additur præterea in cap. *Dura*, §. *Adiuentes*, de Crim. falf. excommunicatio in eos, qui literas falsas apud se habere cognoscentes, intra viginti dies eas non destruunt, aut resignant. Quia obligat, etiam si ipsi falsarii non fuerint, neque eis vii fuerint, vel a nimo vtendi habeant, quia retentio vel conseruatio earum absolute prohibetur, illa vero excommunicatio non fertur perius illud ab ipso Pontifice, sed ferri iubetur, & promulgari per singulas Parochias, postquam tamen lata fuerit, si incurritur, eius absolutio reseruatur Pontifici in eodem textu. Et, quamvis ibi absolute dicatur, si quis falsas literas se habere cognoscit, &c. tamen est intelligendum de literis tantum Apostolicis, de quibus in illo textu sermo erat, cui paragrapthus ille connectitur. Itaque omnes prædictæ censura circa falsitatem literarum, vel supplicationum sedis Apostolicae versantur, & non aliarum quacumque, sive Episcopali, sive Nuncij Apostolici, sive cuiuscumque alterius, qui non sit Papa, seu Apostolica Sedes, ut Nauarrus notauit.

50 *Impetrantes literas sub- veptuas non ligantur* *bac- fura* Denique aduentendum est, quod in aliis sive diximus, huiusmodi censuras solum ferri in eos, qui circa falsitatem (vt sic dicam) literarum Apostolicarum peccant. Vnde si ex ignorantia vtantur falsis pro veris, non incurredunt, si tamen talis sit ignorantia, vt peccatum graue excusat. Et similiter, qui falsis narrationibus seu informationibus literas Apostolicas subrepticias impetrant, non peccant falsando literas Apostolicas, aut fallo fabricando illas: quia literæ, subreptiæ, quamvis inualidæ sint, & in dicto cap. *Ad falf. aiorum*, in fine falsa litera appellari videantur, ibi, quia falsas literas impetrant alio titulo, scilicet quia falsam narrationem, aut informationem continent: nihilominus in ordine ad expeditionem, Papa sunt vera, & ideo certum est eos, qui talis literas impetrant, non esse falsarios, nec incurredunt in Bullam. Contrae incurritur tamen illas poenas quas illi qui vtuntur falsis literis, iuxta extētionem, quæ sive in dicto capit. *Ad falf. aiorum*, & caret omni commode literarum, c. *Sedes*, e. *Ex tenore*, capit. *Super literis*, de *Rescriptis*.

Septima censura contra dantes auxilium infidelibus contra Christianos.

51 *Prima actio in hac clausula proh- bitionis.* **S**extima censura fertur in eadem Bulla contra dantes duplex genus auxilij infidelibus Ecclesiae hominibus, & inimicis in damnum Christianorum, & Catholicorum. Quæ respectu peronarum et generalis, comprehendens omnes, qui talia delicta committunt. Actiones vero ob quas fertur sunt duas principales. Prima est deferre vel transmittere ad hos infideles arma, & illa omnia quibus ad impugnandos Catholicos vtuntur, vel materiam eorum. Et, vt clarior sit lex, numerantur ibi omnia quæ deferriri, aut mitti prohibentur, nimisrum et quæ, armæ, ferrum, filum ferrum, flammum, charabys, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignanima, canem, fungs, sive ex ipso canope, quæ ex alia quacumque materia, & ipsa materia, aliisque huiusmodi. Deinde in particulari explicitantur, quæ sint hi infideles, ad quos hæc omnia deferriri prohibentur, scilicet Saraceni, & Turci, & Hæretici per Romanam sedem expressæ declarati: & generatim omnes Christiani nominis hostes & inimici.

52 *Censuram hanc magna ex parte iu- re communi latam. Ca- ita quorun- dam, de ita- ficiis, eodem titul, excommunicatione ligantur omnes qui merces prohibitas ad Saracenos deferunt, sive pernicios mittunt. Et in capit. *Ad liberandam*, eod-*

tit. præter alia specificantur, qui Saracenis vendunt triremes vel naues. Item in Extrauagantibus de Iudeis, Joannis 22. & Clementis V. in similibus prohibitionibus adduntur vii quatuor, & eadem excommunicatio fertur, licet non cum simili reseruatione. At vero Nauarrus numer. 63, in hac prohibitione Bullæ contineri omnia in illis iuribus prohibita, & consequenter per hanc excommunicari omnes, qui per singula illa iura excommunicantur, quamvis non multiplicetur censura, sed addatur reseruatio. Ratio eius est, quia hæc Bulla in hac clausula non solum excommunicat speciatim deferentes multa, sed etiam generatim deferentes prohibita: & ita comprehendit omnia per qualibet alia iura prohibita. B Sed ego non inuenio in hac parte Bullæ generale verbum, quo extendatur hæc censura ad ferentes, vel mittentes ad Saracenos quacumque res alias prohibitas: nam in primis in tota clausula non reperitur formaliter illud verbum prohibita. Deinde post specificam nominationem armorum, &c. verba maxime generalia sunt, *omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, & funes, ex quacumque materia, & ipsa materia, & alia huiusmodi quibus Christianos, & Catholicos impugnant.*

Ex quibus verbis præsertim ultimis aperte colligitur, hic tantum prohiberi ea, quæ pertinent ad arma tam de sensu, quam offensiua. Nam generale verbum *arma*, utraque comprehendit, vt Rebus suis notat. Item quidquid Bellicas actiones confert, seu ordinatur, sive sint proxima eorum instrumenta, sive materia earum, sive animalia, aut res aliae deferentes personas militum, vel arma, & reorum; denique omnia illa, quæ ad vsum talium rerum necessaria sunt. Consideratur enim fine huius legis, & verbis specialibus, ac generalibus, quibus vtritur, hæc omnia, & non plura comprehendit. Vnde naues, & triremes, quæ in aliis iuribus numerantur, quamvis in hac clausula omisæ sint in specie, nihilominus sub hac censura comprehenduntur, non quia alias prohibita; hæc enim ratio non satis est, vt ostendi, sed quia in illis verbis, *Et alia huiusmodi*, evidenter comprehenduntur. Et eadem ratione possunt in specie numerari multa, quæ neque in hac clausula, neque in aliis iuribus specia- D tim numerantur: & tamen sine dubio sufficiunt ad hanc censuram incurredam, vt sunt cœrius, & instrumenta oneraria, camelii, vbi est vñus eorum: ac denique omnia illa quæ in ordine ad bellum feruntur eadem proportionem, quam habent cetera, quæ ibi numerantur: hanc enim vim habent illa verba, *Et alia huiusmodi*.

Quare non oportet ad quæstiones de rebus particuliariis descendere: quia est in infinitum pro- E xpliq. de gredi: sed si singulas res occurrentes prudenter etim. hæc applicanda est regula posita, & iuxta illam ferendū est iudicium. Vt tamen id faciliter fiat, nonnulla exempla adhibebimus. Vnum est de pecunia, præsumtum argentea vel aurea, quæ ibi in specie non numeratur, nec sub generica voce metalli comprehenduntur, sed quia in ea communè appellationem, postquam argenteum, & aurum in pecuniam fabricatum est, moraliter censetur mutare speciem, & habere alium vsum: & ideo nomine metalli etiam in legatis non comprehenduntur ex sententiæ Legistarum. Dicendum vero est duplicum posse habere vsum huiusmodi pecunia. Vnus est quasi materialis, quomodo determinare potest ad Bellica instrumenta conficienda. Et si ad hunc finem deferatur, non est dubium quin sub hac censura comprehendatur sub generali nomine, vel metalli, vel materiae. Alius vero vñus est quasi formalis, quatenus pecunia est generale instrumentum ad omnes contractus. Et hæc ratione censetur etiam comprehendendi in hac censura: non quidem sub nomine metalli, vel materiae, sed vel sub illo verbo amplissimo, *Vel alia huiusmodi* quibus

quibus Christianos impugnant: magis enim impugnatur pecunia quam armis, Velestant sub altis verbis, quia inferius habentur, Illisq; ad auxilium praestant, magnum enim est pecunia auxiliu, oportebit autem in particulari considerare an pecunia tribuatur intentione auxiliandi, vel ex circumstantiis ad eam rationem determinetur, iuxta dicenda in vitimo exemplo.

Aliud exemplum est, quod ponit Nauarrus, de
vena ferri quam dicit non comprehendendi, nisi fera-
tur ea intentione, ut ex ea eruatur ferrum, & fiant
arma. Et fundamentum eius esse potuit, quia illa
non est ferrum. Sed oppositum credi verius cum
Sylvestro verb. *Excommunicatio, 7.* Ratio est, quia
in primis illa intentione non est nec essentia, si res ipsa,
que defertur talis est, & ea vti soleant infideles ad
impugnandum Christianos, & in vniuersum bel-
latores ad impugnados alios: huiusmodi autem est
vena ferri, & que ac ipsum ferrum: aque (inquam)
quoad vsum, nam vena ferri non habet alium, quam
ut ex ea eruatur ferrum: licet ad vsum belli non
& que immediate deseruat: quod nihil referat ad
prohibitionem Bullæ, in qua & res & materia ea-
rum prohibentur. Adde venâ ferri vere ac proprie-
tate ferrum, non quidem ita purum, & mundu, sicut
postquam igne purgatum est, veruntamen ferrum,
sicut segetes triticum continent antequam purge-
tur. Et si lata esset excommunicatio in deferentes
triticum, comprehendenderet fine dubio eos, qui se-
getes non purgatas deferent.

Aliud demum exemplum esse potest de victu-
libus, & idem est de vestimentis, & materiis eorum,
ac denique de rebus omnibus, quæ tā in pace quam
in bello vñsi esse possunt. De quibus dicendum
censeo, ex vi huius clausule, & censuræ per se &
simpliciter non prohiberi, tamē quatenus tali tem-
pore, vel opportunitate moraliter censeri possunt
quasi in instrumenta, seu auxilia belli, eatus sub hac
censura comprehendendi. Vnde, si hac intentione fer-
rantur non videatur dubium, quin incurritur hæc
censura: item licet desit illa formalis intentio, si hic
& nunc præuidetur illa omnia futura auxilia belli
contra Christianos, id satis erit, vt hæc censura in-
curritur: quia voluntarie contra hanc prohibitio-
nem agitur, quidquid sit de fine formalis. At vero
quando quæ ex se indifferantia sunt, nec deferun-
tur in subdium contra Christianos, nec eo tem-
pore aut occasione in qua illis vtendum est contra
ipsos, non continentur sub hac clausula, vel censura:
quia nec in specie numerantur, neque in illa parti-
cul. Et ab huiusmodi, quibus, &c. tales res compre-
henduntur, vt per se notum est. Quocirca, si in aliis
iuribus hæc res, vel alia merces, quæ ab bellum nullo
modo spectant, prohibetur sub excommunicatio-
ne ipso iure incurrenda deferri ad Saracenos, qui
contrarium egerit, incedat in censuram talis canonis,
non vero in hanc censuram Bullæ Cœnæ: ideoque
talis excommunicatio non habebit reseruationem
aliam, quam in tali canone habuerit, quia non par-
ticipat reseruationem Bullæ Cœnæ: Atque eadem
ratione, si qui sunt infideles etiam Mahometani,
qui nullum contra aliquos Christianos bellum ger-
unt sed contra Turcas, vel alios infideles, non in-
currunt hanc censuram, qui ea, quæ hic prohiben-
tur, ad eos deferunt, quia illi, formaliter loquendo,
non sunt hostes Christianorum, neque vtuntur hu-
i simodi rebus ad eos impugnandos: & ita respectu
eorum tota huius clausula & materia cessat. Aduertit
etiam Rebiffus, non esse necessarium, vt actualle
bellum gerant, sed satis esse quod sint hostes, ad
hanc excommunicationem incurrerent, si ad eos
deferantur ea, quæ in hac clausula formaliter prohiben-
tur: nam si dolor deferantur victualia, & similes
merces, eo tempore, quo non geritur bellum:
tunc non peccatur contra hanc Bullam: quia nullo

modo, nec formaliter, nec interpretatio datur eis auctoritatem contra Christianos. Et ita sentiunt Panormenses & Doctores in capit. significauit, de iudeis, Angelis. Excommunicationis, scilicet, casu. 21. Aliaz vero poena, quae propter hoc delictum incurruntur, numerantur a Rebusso, supra art. 5.

Secunda actio in eadem clausula prohibita est, certiores facere inimicos Christianae religionis de statu Christiana Reipub. in eius pericli.

Secunda principalis actio in hac clausula prohibita est illorum, qui per se vel alios de rebus statum Christiana Republica concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christiana religionis inimicos, nec non hereticos in damnum Catholicae religionis certiores faciunt: illi que ad id consilium, auxilium, vel fauorem praestant. In quibus verbis illud solu- videtur esse ambiguum, & explicatione indigenus, scilicet quos referat relativum illud illis que an scilicet ipsos hostes, seu infideles, vel Christianos eis- perientes secreta Catholicorum. Et quidem, iuxta simplicem contextum & intentionem Bullæ dicendum est referre inimicos Christiana religionis, de quibus proxime sermo processerat.

Iuxta quam interpretationem sequitur primo, 58 quod licet reuelantes hæc secreta infidelibus in- currant hanc censuram: non tamen dantes consi- rollarium.

currit, nam centrum. Non tantum dantes com-
muni-
lū, vel fauorem alii, vt huic modi scelus reuelādi
secreta cōmittāt. Pater, quia de illis tantū est sermo
nam iuxta interpretationem positam, sequētia ver-
ba non referuntur ad iplos. Solum sunt ponderādi. **Reuelans**
illa verba, *per se*, vel *alios*, nam ratione illorum pos-
sent aliqui dantes auxilium comprehēdi: vt, si quis
per nuncium reuelat secretum, quamvis nuncius
videatur potius auxiliator, quam reuelator, tamen
etiam ipse incurrit, quia ipse per se reuelat, alius
vero per ipsum. Nec refert quod ipse ex propriis (vt
sic dicam) nihil afflaret, sed tantum narrat dicta ab
alio: sufficit enim quod in fine, & auctoritate alter-
ius tale secretum reuelat. Maius dubium esse pos-
set, quando quis non per nuncium, sed per literas
reuelat, an deferens literas incurrit hanc censuram
Supponit quod si malitiae confiteatur, scelus confusa

supposito quod ei moraliter constet saltet confuse
& in communis, in illis literis contineri huiusmodi
res, & secreta: videtur enim ille nihil reuelare, quia
tantum deferre sigillatas literas; & consequenter
non incurrere. Nihilominus oppositum censem
verius: quia sicut qui applicat ignem, moraliter dicitur
comburere, ita qui applicat scripturam continentem
secreta, & praebet illam, moraliter dicitur reuelare
secreta. Præsertim, quia hoc ipsum, quod est tradere
talem epistolam, ut continentem secreta Christianorum,
est illas certiores facere dare valde pernicioſa
Christianis: quæ sunt verba ipsiusmet Bullæ.

Christianis, quae cum verbis ipsius Bullæ, Secundo sequitur ex dicta interpretatione, sub hac secunda parte principali quatuor actiones prohibitas, & puncta contineri, scilicet reuelare infidelibus secrata nociva Christianis, qua videtur esse propria prohibitio huius Bullæ. Consilium dare illicis; quod etiam sub excommunicatione prohibitus fuerat in dict. cap. *Quod olim & in capit. Ad liberam. item dare auxilium, vel fauorem, quod etiam in dictis capitibus & Extrauagantibus contineatur. Ultima declaratur per illa verba, *Seu quicunque alio ingenio subtilia impendunt, vel machinis, aut quibuslibet aliis: vel qui in piraticis Saracenorum nauibus pro cupiditate uarum regimen, & curam gubernationis exercent. Que omnia & similia supra dictis verbis Bullæ comprehenduntur.**

Statim vero oritur vulgare dubium, an remigantes in triremis Turcarum incurvant ⁶⁰ *Dubium de* *Christianis* *coactis remi-* censuram. Et oportet supponere remigare in actu- li incursu, incessu, aut itinere *contra Christianos*:

gantibus in
triremibus
Turcarum
in actuali
incursum
Christianorum.

An peccent
mortaliter.

2. sententia

Verare so-
lue.

61
An hi remi-
gantes incur-
rant censu-
ram huius
clausula.
Nauarr.
sententia.

Obiectio:

nam, si regimenter, dum ab ipsis fugiunt, vel dum militanter cum aliis infidelibus, vel dum ad alia sua negotia iter agunt, tunc nihil cooperantur contra Christianos, nec peccant. Deinde non est dubium quin, si ex cupiditate, vel alia ratione mere voluntaria id faciant, hanc censuram contrahant: quia manifeste præbent auxilium infidelibus contra Christianos, quod est in hac clausula prohibitum. Sed difficultas est de iis, qui coacti remigant, qui interdum non possunt sine magno incommode, vel etiam vita periculo defestere. De quibus remigantibus duplex est quæstio. Una est an peccent mortaliter in eo actu contra legem naturalem cooperando auctui malo, scilicet bello iniusto, & aggressivo. Quæ quæstio non spectat ad præsens: & ideo illam prætermitto. Quâuis etiam multi viri docti conati sint eos excusare, eo quod actus ille remigandi per se est indifferens, & ita potest à cooperatione abstrahi, quæ sententia plausibilis est, eo quod liberat illos miseris homines à gravi perplexitate, & angustia: nihilominus ego illos excusare non possum, per se loquendo, & seclusa ignorantia: quia doctrina illa de cooperatione ad actus morales illo modo explicata viam aperit ad quamcumque cooperationem ad actum prauum cum ea excusatione, quod talis actio, ut ab hoc homine fit, est de se indifferens, & sit sine intentione cooperandi: & ita sicut est discere templum idolo, vel etiam idolum ipsum confidere, & similia. Non sunt ergo hæc actions mortales abstracte & in vniuersali considerandæ, sed ut hic, & nunc cum talibus circumstantiis sunt: hæc autem actio hic & nunc facta re vera est cooperatio, nam est auxilium necessarium, vel utile, quod præbet his malæfactoribus ad suas iniustias exercendas. Néque refert quod illi afferant se non intendere talen cooperationem, quia cum velint eam actionem exercere, quæ hic, & nunc moraliter necessario est cooperatio, & consequenter volunt cooperari (ut ita dicam) in actu exercito, etiam si formaliter, seu in actu signato dicant se non intendere cooperationem. Exemplo res optime declaratur, quia si aliqui portarent ignem ut domum aliqui eum applicarent, & cogerent aliquem, ut ipsis iuaret ad deferendum ignem, non posset licet id facere, etiam si necesse esset mortem pati. quia esset cooperatio ad actionem intrinsece malam. Nec valeret excusatio, quod deferre ignem secundum se est actio indifferens: nam hic & nunc non est indifferens sed est combustio domus aliena. Simile ergo est deferre triremes contra Christianos in eorum perniciem.

Altera vero quæstio de his remigantibus est, an incident in hanc censuram Bullæ, quod est querere, an illi censendi sint transgressores huius præcepti ut Ecclesiastici, & contumaces contra obedientiam Ecclesiæ. Et quantum ad hanc partem eos excusat Nauarr. in Sum. & dicto capit. Ita quorundam, notab. 11. Vbi in primis dicit, quod licet incurrente, hanc censuram ut latam iure communi, non tamen ut latam per hanc Bullam; quæ non viderunt (ait) illi includere: & consequenter neque eorum censuram reseruare. Sed differentiam hanc ipse non probat, neque ego illam video, quia neque in aliis iuribus, neque in Bulla est aliquid verbum quo magis ab una lege, quam ad alia excusentur, vel includantur. Quare, si excusandi sunt, melius dicitur nullam censuram incurrente, ut ipse etiam Nauarrus opinatur. Solumque probat, quia non videtur intentio Conciliorum, aut Pontificum fuisse, excommunicare eos, qui mortis necessitat eadducti contra suam voluntatem adiuvant. Sed contra hoc obici potest, quia verba dictorum iurum generalia sunt absque illa limitatione, vel exceptione: intentio autem legislatoris ex verbis colligenda est: exce-

A ptio autem vel epicheia non est admittenda, nisi vbi actio repugnaret fini, & intentioni ipsius legis, quod hic dicinō potest. Præfertim, quia verba huius Bullæ sunt. Auxilium quomodolibet præstant: ergo comprehendunt omnem modum præstant, etiam illum qui voluntarius est simpliciter, licet sit in uno, luntarius secundum quid.

Addere ergo possumus, præceptum hoc quatenus humanum est, admittere excusationes præcepti humani quatenus tale est, vna autem est ut non obligat cum tanto discrimine, & rigore. Ac propterea, licet de se vniuersale sit, & omnes comprehendat, per se loquendo, tamen ex accidente non obligat cōstitutos in tali necessitate, & discrimine. Et id eo ne dici possunt contumaces, cum magis necessitate, quam voluntate id faciant, nec inobedientes Ecclesiæ, qui non operantur in eo articulo, in quo *Replica*, eius mandatum obligat. Sed dices tandem, licet ordinaria præcepta humana non obligent cum eo dispicio, tamen non ait dubium quin Ecclesia possit ita obligare quando præceptum respicit commune bonum religionis, seu populi Christiani: huiusmodi autem esse videtur hoc præceptū de quo agimus: ergo obligat etiam in illo discrimine. *Enodatur.*

Christians Reipublica imminet. Atque ita ego facto, quod si in aliquo casu talis remigatio est, graviter nocuia populo Christiano, tenetur Ecclesia subditus ex vi huius præcepti, & censura non remigare etiam cum discrimine vita, ut probat ratio finita. Ordinarie vero vel non imminet hoc periculum, vel non impeditur, propterea quod unus vel alter a remigando cesseret: ideoque regulariter loquendo, habet locum dicta excusatio.

Obstat a censura contra impedientes virtualia ad curiam Romanam deferri.

Quæ censura fertur in eadem Bulla contra omnes, qui impeditur, seu inuidant eos, qui virtutia sua alia ad usum Romanæ curie necessaria adducunt: ac etiam eos qui, ne ad Romanam curiam adducantur, prohibent, impeditur seu perturbant: seu hoc facientes defendunt per se vel alios, cuiuscunq; fuerint ordinis, preeminentis, &c. In qua clausula satis nota sunt personæ *Quis ipsi-* contra quos fertur hæc censura. Sunt enim omnes *nas compo-* Christians, si in eis inueniatur ratio censuræ, ut satis *hendat he-* censura. *Ob quas si* specifice & distincte in ipsam Bullæ declaratur. *At-* ciones vero prohibitæ & ob quas fertur censura, *At-* satis etiam distincte proponuntur. Verum omnes illæ intelligenda sunt, si in iuste sunt, nam, si quis ipsi am, scilicet aliquis Princeps, vel Republica, suo iure tenuis: vel sua utilitati propiciens prohibet tritum, vel aliquid simile ex suis finibus extranatur, ut Romanum deportetur, non solum non incurret hanc censuram, verum nec male ager. Notauit hoc *Cai-* *Cai-* *tanus* verb. *Excommunicatio*, cap. 19 quem sequitur *Nauarr.* *Nauarrus* num. 64. Et potest a simili declarari, nam licet canones sub censura prohibeat, clericum percutere, non tamen prohibent se defendere, etiam si ad hoc necessarium sit clericum percutere. Si ergo in præsenti illa actio non est prohibita, quia est veluti propria defensio, etiam si inde sequatur impedimentum ne aliqua virtualia Romam deferentur.

Vt autem hoc magis declaretur, in primis necessarium esse opinor, ut ius, quo huiusmodi Princeps, vel Republica vtitur in suum commodum sit clarum & certum, saltem practice, nam si quis in casu dubij veller agere contra hanc legem, & inde *Quibus tam* *circumstan-* *tia* *hac resul-* *ta* *in Re-* *sum de-* *ta* *pele-*

Sect. II. De Exc. contra affidentes iniuria accedentes, &c. 331

ius, vel possessionem acquirere, non excusaretur: **A**qua in eo casu & lex superioris iusta presumenda est, & potestatem habet Pontifex praependi, ne aliquis fibi seu curiae sua vim inferat. Deinde etiam supposito iure, aliquarationabilis causa pro temporis opportunitate concurrende debet. Nam, si quis tempore v.g. necessitatis inique hoc impediret, licet non agendo contra iustitiam comunitatiuam, sed contra communem charitatem, vel iustitiam legalem, quae communem bonum respicit: id satis est, ut incurrat hanc censuram: quia in eo casu iustum est hoc preceptum, & obligat, saltet ex obedientia. Addo vero tandem, non posse dici impedire, & consequenter nec comprehendendi sub hac lege eum, qui non vult suas res vendere, ut Romanum deferantur, etiam si forfaste desine alia, quae deferri possint: quia illud in rigore, & proprietate vocis non est impedire: hoc enim potius dicit actionem aliquam, quam negationem actionis. Item quia haec lex non prohibet quominus uniusquamque libere uti possit re sua. Itemque fere est de illo, qui absque villa vi prius res sibi emit, & ita impedit, ne Romanum deferantur: quamus hic, si illud faciat intentione impediendi, & absque alia causa, poterit etiam hanc censuram incurrire.

Non a censura contra affidentes aliquibus iniuriis eos, qui accedunt ad Sedem Apostolicam.

Nona censura fertur in eadem Bulla contra omnes qui accedentes ad Romanam Sedem vel ab ea recedentes, sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent. Quae est prima pars huius clausulae, in qua ut constat, quinque actiones prohibentur, quae satis in litera patent. Actio enim verbenerandi, que olim addebatur, ut patet apud Caeteranus verbo Excommunicatio, cap. 14. in hac Bulla praemissa est. Sicut etiam omisso est participia vulnerantes, & degradantes, quae habentur in Bulla Gregorij. Standum ergo est praecise verbis citatis. Prohibentur autem haec actiones, quatenus iniuriosae sunt duobus generibus personarum, scilicet, Romanum euntibus, vel ab ea recentibus. In Gregoriana autem Bulla addebatur etiam, *Vel apud morantes*: quae partcula quoad hanc priorem partem clausula omisso est. Vnde nunc non comprehenduntur sub hac censura iij, qui praeditas iniurias inferunt iis, qui Romanum commorantur: quia nec ibi est periculum illud, quod in via est contingit, nec deinceps ibi opprimentia remedia ad iustitiam, & pacem conservandam. Atque ita fere omnia quae Caeteranus supra circa hanc censuram addebat, hodie necessaria non sunt. Prater considerationem illius particulae, *Ad Sedem Apostolicam ventientia*. Non enim dixit, *Ad urbem*, nec *Romanum*; sed, *ad Sedem Apostolicam*: multi enim possuntire Romanum, qui non sunt ad Sedem Apostolicam, sed ad sua negotia secularia peragenda. Et e contrario posset contingere, aliquem ire ad Sedem Apostolicam, & non ire Romanum, si Pontificem, & eius Curiam extra Romanum esse contingere. Quo fit, ut formaliter sit necessaria huius censura intelligenda de euntibus ad Sedem Apostolicam, id est, ad negotia, causas, vel res, que ad illas pertinente, vel quocunque modo gratia illius. Estque periculum, ut Nauarrius addit, consentanea iis, quae Canonistae notant in capit. Ego N. de Iure iurando.

Secunda pars huius clausulae est, *Ne non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam a nobis, vel nostris ludicribus non habentes, eam sibi temere vendicantes similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare*. Per quae verba extenditur haec censura ad eos, qui praeditas iniuriosas actiones exercent in eos, qui in Curia (que formaliter etiam sumenda

est) morantur: non tamen simpliciter, sed cum ea limitatione, scilicet, si praetextu iurisdictionis usurpatæ hec faciant. Vnde qui furando spoliat aliquem in Curia morantem, vel qui in rixa illum interficit, non incurrit hanc censuram, quia non authoritative & tanquam iurisdictionem exercens id facit. Et hoc solum est, quod sub censura hic prohibetur, ut ex litera constat. Denique in tota hac clausula omisso sunt omnia illa verba, quae habebantur in Bulla Gregorij, scilicet, *Dantes auxilium, consilium, vel fauorem, vel quia talia fieri mandant*. Et ideo extensio, quae his verbis significatur, quatenus extensio est, sublata nunc est. Dico autem: *Quatenus extensio est: quia auxilium, vel fauor tale sit, ut contineat cooperationem ad eandem actionem, vere dicetur illud auxilium praebens spoliare, interficere, &c. & haec ratione censuram incurrit*. Quod specialiter adierto, propter hanc secundam partem huius clausulae, nam proprius modus exercendi illas actiones authoritative, & tanquam habens iurisdictionem, est mandato potius, quam per se ipsum exequendo: & ideo (licet non sit expressum) qui mandando ea facit, censuram incurrit: quia reuera tunc facit ut iurisdictionem habens. Magisque posset dubitari de eo, per quem facit: quia ille non operatur ut habens iurisdictionem, sed ut merus executor: nihilominus tamē existimo, etiam illum incurrire, quia est veluti una persona cum alio, & sub nomine, & titulo iurisdictionis eius operatur.

Decima censura contra inferentes aliquas iniurias iis, qui Romanam deuotionis causa petunt.

Decima censura fertur in omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprendentes Romipetas, seu peregrinos ad urbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in eam morantes, vel ab ipsa recedentes. Circa quam nihil fere ocurrunt annotatione dignum. Solum ex ea clausula licet colligere, verum esse, quod in superiori notatum est, nomine accedentium ad Sedem Apostolicam, non comprehendoniens, qui Romanum tendunt: alioqui fere superflua esset haec noua clausula, seu censura. Atque eadem ratione non sine causa additur in hac clausula limitatio, *causa, vel ratione peregrinationis*: quia non omnes, qui Romanum tendunt, voluit Pontifex haec censura tueri: sed eos specialiter, qui causa deuotionis tendunt. Illud etiam est adiendum, quod quantum ad eos, qui in urbe morantur, fauorabilior, seu generalior est haec clausula, quam praecedens: quia & que illos comprehendit, ac recedentes, & accedentes. Denique in fine huius clausulae addita est illa amplificatio, quae in superiori omisso est, scilicet: *Ei, in hū dantes auxilium consilium, & fauorem*. Concordantur plura decreta 87. dist. & cap. Romipetas, & c. Illi, 24. quæst. 1.

Vnde decima censura contrapersequentes aliquas personas Ecclesiasticas in dignitate constitutas.

Vnde decima censura fertur in omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percidentes, capientes, incarcerantes, detinentes, vel hostiliter iniquentes Sanctas Romanas Ecclesias, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolica Legatos, vel Nuncios, &c. Si nihil fere censura, & referuata, lata erat in Clementina, si quis suadente, de peccatis, quantum ad offendentes personas Episcoporum. Et in cap. *Felicis, Nauarri de* de peccatis in 6. quantum ad offendentes perso^{rum} rei^{rum} Cardinalium, ubi plures aliae peccata praeter extur. communicationem referuata eis imponuntur. Dicit tamen Nauarrius num. 67. quod quantum ad

Re 4 illud

illud caput, & penas in eo contentas, & quantur Cardinalibus, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Legati, seu Nuncij Apostolicae Sedis: nullam tamen probationem adducit, nec video unde id colligat. Quia licet in hac clausula Bullæ & equiparentur, tamen ex vi illius solum exequantur quoad censuram hic latam pro offensis in ea numeratis contra huiusmodi transgressores: inde tamen non potest fieri extensio ad penas latas in dicto cap. *Fælicis*. Neque alibi extensio illam factam esse reperio. Vnde quod tertio loco ibidem notat, superuacuum mihi esse videtur: quia quoad actiones in hac clausula expressas, satis evidenter in ea declaratum est eos, qui talia agunt contra Patriarchas, Archiepiscopos, &c. incurvare censuram Bullæ, quæ quoad personas Cardinalium coincidit cum censura illius cap. *Fælicis*. Et quoad personas Episcoporum cum lata in dicta Clementi *Si quis suadente*. Si quis vero sunt actiones in illis decretis, quæ hic non numerantur, vel comprehenduntur ratione illarum non incurritur hæc censura, vt est Bullæ, sed tantum vt est iuris communis. Si quis autem recte consideret actiones superius numeratas, & quæ statim adiungemus, inueniet nihil esse prohibitum in illis iuribus, quod hic non contineatur. Solum alia penæ omisæ sunt, quia hæc Bulla propter censuras tantum promulgatur.

69
*Quales debent esse ha-
 actions ad incur-
 ram huius-
 modi conju-
 ram*

69
*Prædicta igitur verba nulla fere noua expostio-
 ne indigent: nam verba, quæ significant actiones, sa-
 tis per se clara sunt, & qualibet earum ex suo gene-
 re sufficit ad incurrandam hanc censuram. Dico autem, ex suo genere, quia semper requiritur peccatum mortale: poslit autem interdum esse veniale ex leui-
 tate materia: interdum etiam poslit esse nullum peccatum, si actio fieret in defensionem propriam: quia tunc non est actio iniuriosa. Prædicta autem verba formaliter sumenda sunt, quatenus significant iniuriosas actiones, vt per se constat. Denique aliquando poslit esse peccatum mortale, non tamè eius specie aut circumstantia, quam hæc clausula, & censura requirit, ob facti, & personæ ignorantiam: vt si quis vulneret Cardinalem nostrum incidentem, vel mutato habitu ignorans illum esse Cardinalem, etiam alias peccet mortaliter, non incurrit hanc censuram, quia formaliter, & secundum speciem, vel circumstantiam culpe non agit contra hanc Bullam: vnde neq; est contumax, vt in simili dicemus infra explicando canonem, *Si quis suadente*. Denique voces etiam illæ, quæ significant personas, seu dignitates earum, in quarum fauorem hæc censura lata est, satis sunt notæ. Solum aduertit Caetanus verbo *Excommunicatio*, cap. 12. & sequitur eum Nauar-
*rus, Episcopum huiusmodi decretis intelligendum est, qui consecratus est, non electum, etiam confirmatum, & possessionem adeptum: quia hic non est simpliciter Episcopus, sed secundum quid: & quia ex parte, qua hæc constitutio penalis est, restringi debet. Sed obili potest, quia hæc lex, licet non centibus odio videatur, tamen Episcopis fauorabilis est, & ex hac parte amplianda, vt in simili dicemus late infra, explicando canonem, *Si quis suadente*. Item quia Episcopus electus, & confirmatus iam potest actus Episcopi exercere, iuxta cap. *At si Clerici*, §. *De adulterio, de iudicis*. Vnde sepe diximus, nomine Episcopi venire hunc Episcopum. Nihilominus non sentio recessendum à priori sententia: quia licet hic Episcopus sit vere Episcopus, quoad ea, quæ iurisdictiones sunt, adhuc tamen deest illi consecratio, quam præcipue videntur hæc, & similia priuilegia respicere. Nō enim propter iurisdictionem, sed propter consecrationem Clero est immunitas concepta: & ideo verius illius videtur hic esse sermonem de Episcopo consecrato.**

70.
Alia actio

Præter actiones vero supra dictas addituralia, etiam principalis, his verbis: *At eos à suis diecessibus, ier-*

ritoribus; terris, seu dominiis cives. Et ex hac parte ob quamvis hanc censuram incurrint Principes, aut gubernatores Reipublicæ, qui per huiusmodi exilia, aut electiones cogunt huiusmodi personas Ecclesiasticas ad aliquid faciendum, vel omitendum, eis mandantes, vt à suis diecessibus, vel territoriis exeat: vel ab illis terris, in quibus vel legationem acceperunt, vel iurisdictionem habent, aut dominium: vt cere ab illis, in quibus nati sunt, aut domicilium habent: nam illæ etiam propriæ dicuntur terra sua. Aduerto tamen, non satis esse ad incurrandam hæc censuram huiusmodi exilia comminari, donec opere compleantur, proper regulam saepe repetitam, quod actus debet esse consummatus. Recte etiam aduertit Nauarros, quod si haec persona compellantur exire è terra non sua, vt è Curia Regis, vel aliquid simile, non incurritur hæc censura, licet alias peccetur: quod satis patet ex verbis clausula.

Denique additur extensio, ad mandantes rata habentes & prestantes eis auxilium, consilium, & fauorem. *Ergo deinde* *clausula in-* *tempo.* In quibus duo tantum indigent declaratione. *V-* *num est, quid sit in præsenti ratam habere talem a-* *ctionem, seu iniuriam. In quo breuiter dicendum est, ratam habere non esse vt cuncte consentire, ap-* *probare, vel laudare tale factum: nam qui hac faci-* *unt fine vlo influxi in talém actionem, non incur-* *runtr hanc censuram. Est ergo illa particula expli-* *canda iuxta duas regulas iuris 9. & 10. in 6. Prior est,* *neminem posse ratum habere, quod ipsius nomine in 6.* *non est gestum. Ex qua habetur, contentum in præ-* *teritum factum alienum, vt alienum est, & non esse ra-* *tihabitionem. Posterior est, ratihabitionem retro-* *trahi, & mandato comparari, iuxta cap. vlt de Sen-* *tentiis excommunicati. in 6. Et ita i præsenti ratihab-* *itione tunc proprie dicitur, quando est mandatum* *quoddam virtuale. Propter quod dicit Nauarros in* *Nauarros,* *dicto numer. 67. quod licet illa particula fuisset o-* *messa, prout fuit in Gregoriana Bulla, nihilominus* *in intelligere contenta sub illa particula, Mandan-* *tes. Atque eadem declaratio sumitur ex Glossa in di-* *cto capit. *Fælicis*, verbo ratum habentes. Aduerto ta-* *men, quod licet à principio non sit actio facta no-* *mine alicuius, si tamen habet tractum successuum,* *vt est detentio, vel incarceratione: & postea illam ra-* *tam habet, cum alias haberet potestatem ad irrita-* *diam illam, seu remedium adhibendum, idque face-* *re teneatur, & omittat, ex tunc contrahet hanc censu-* *ram: quia licet non posset proprio ratam habere* *v. g. incarcerationem vt à principio factam, habet* *tamen ratam continuationem eius seu detentio-* *nem talis persona: quod satis est ad incurrandam* *hanc censuram.*

Aliud explicandum erat, an in his verbis contineantur omnes extensiones, quæ per plura verba habentur in dicto cap. *Fælicis*, & dicta Clementi, de penis. Nam præter hæc verba ibi additur: *Vel faciunt facientis, aut postea receptauerit, vel defensauerit* *scilicet eundem: nā de his omnib; Nauarros supra ge-* *neratim ait, in verbis Bullæ includi omnia illa verba Clementinæ, & cap. *Fælicis*. Et quidem quantum ad primam particulam, scilicet, *socium esse criminis*, res videtur indubitate: nam qui socius est criminis, auxilium confert, & fauorem, imo ipse etiam facit. De secunda autem, & tercia particula mihi est dubium: nam qui post commissum crimen delinquenter receptat, nō propter ea mandat, aut ratum ha-
bet delictum modo supra explicato: neque etiam *confert auxilium, vel consilium ad tale delictum:* *quia auxilium est de præsenti, consilium de futuro:* *neutrum autem est ad præteritum. Quod vero re-* *ceptatio sit auxilium ad se tuendum, vel occultandum ne à ministris iusticie capiatur, licet aliqui* *malum esse possit: non tamè est in hac Bulla specia-* *lier prohibitum sub tali censura. Sicut etiam non* *est prohibitum dare consilium ad fugiendum, vel* *euadendum**

enadendum manus in sequentium. Nam expresse in dicta Bulla dicitur, *Adeas, scilicet quae ibi narrata fuerant: dare ergo auxilium, vel consilium ad actionem longe diuersem, & ibi non contentam; nihil ad hanc clausulam refert. Et eadem ratione, licet receptare sit etiam præbere fauorem, non tam ad committenda delicta ibi prohibita, sed ad vitandum foris supplicium eorum. Eadem dubitum est de altera particula, scilicet defensauerit, nam si haec defensio est post commissum delictum, ut supponitur, & in dicto cap. *Falicit*, explicatur per illam particulam, posse, talis defensio, nec est auxilium, nec fauor ad ea, que ibi prohibentur. Quæ ratio conuincere mihi videtur, quando delictum omnino iam præteriit, & solum agitur de supplicio delinquentis. At vero si delictum adhuc pendet in futurum, quia habet continuationem aliquam, vel, ut aiunt, tractum successuum, ut est detentio, vel in carcero: vel quæ agitur de reparando domino facto v.g. per spoliacionem bonorum, tunc receptare, & defensare, esset auxilium, vel fauorem præbere ad continuationem delicti vel damni illati: & ita omnes illæ particulæ comprehenderentur sub his particulis Bullæ.*

Duodecima excommunicatio contra percutientes, aut spoliantes eos, qui in Romana Curia causas agunt, occasione earundem causarum.

Duodecima censura fertur in eos, qui occasione causarum, vel negotiorum occidunt, seu quoquo modo percutiunt, aut bonis spoliant per se, vel alios, sequentes personas scilicet, omnes Ecclesiasticos, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causas, & negotiis recurrentes, acilla in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Aduocatos, Procuratores, & agentes, etiam audatores, vel iudices super dictis causis, vel negotiis deputatos. In qua clausula satis claræ sunt actiones, quæ prohibentur, & puniuntur, & personæ, circa quas tales actiones debent exerceri, quæ ibi sive nominantur. Persona vero, à quibus possunt illæ actiones fieri, non nominantur: quia quoad eas vniuersalis est constitutio, & cum illa amplificatione, per se, vel alios. Vnde solum aduentum, hic non panis illæ actiones, quacunq; ratione fiant contra has personas: sed solum, si fiant occasione causarum, aut negotiorum huiusmodi, ut expresse ibi dicitur. Itaque non tam hic intenditur fauor personarum, ut sic dicam, quam censuram, ne illarum cursus, aut expeditio, vel executio, aut literarū impletatio, aut alia huiusmodi impediatur: quod fieret, si perlonga, per quas haec sunt tractanda, vel expedienda, et ratione prædictis iniuriis afficerentur. Aduertit etiam Nauiarus numero 68, ad incurram hanc censuram non esse necessarium, ut prædictæ actiones, seu impedimenta fiant auctoritate iudicioria laica, sed sufficere vi fiant præiata, vel Ecclesiastica: citataque Caetanius contrasentientem, non designat tamen locum. Neque ego inuenio: nam in verbo Excommunicatio, cap. 13, vbi hanc clausulam exponit, id non docet. Imò ait, *Hanc censuram quoad personas offendentes esse vniuersalem*. Vnde id, quod Nauiarus notat, ad eum est clarum, vt nemini, credo, posset in dubium venire: quia verba Bullæ sunt vniuersalia, neque vllam mentionem faciunt laicæ potestatis: nec vlla probabilis ratio excogitari potest ad illam limitationem adiungendam. Quin potius in postremis verbis huius clausula additur extensio ad omnes personas, quæ quoouis modo cooperantur, vel concurrunt ad prædictas actiones, his verbis: *Qui per se, vel alios direcere, vel indirecere delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem prestare non verentur,*

A cuiusunque preeminentie, & dignitatis fuerint. Quæ & per se, & ex dictis satis clara sunt.

Decimateria excommunicatio contra appellantes ad laicam potestatem in causis Ecclesiasticis ad impediendam executionem literarum Apostolicarum.

Decimateria censura fertur in omnes, qui praetextu friuole appellationis à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum ad Curias seculares,

& laicam potestatem recurrunt in causis Ecclesiasticis ad impediendam executionem aliquarum literarum Apostolicarum quoniam modo à prædicta Sede emanantium. Hæc est enim summa illius clausule, quæ in capit. *Quoniam*, de Immunitate Ecclesiasticæ, in 6, hic vero pluribus verbis proponitur, & amplificatur tam ex parte personarum, sic offendentium Sedem Apostolicam, quam ex parte literarum, quarum occasione fieri offendit: & etiam ex parte actionum, seu modorum, quibus talis offendit fieri potest. Nam ex parte personarum dicitur, tam Ecclesiasticas, quam seculares cuiusunque dignitatis. Et ita est vniuersalis illa censura. Ex parte vero literarum dicitur: *Et iam in forma Brevis tam griam, quam iustitiam concernentum: neconit citationum, inhibitionum, sequiturorum, monitoriorum, processuum executorum etiam, & aliorum decretorum à nobis, seu à Sede prædicta, seu Legatis, Nuncio, Præsidentibus Palatii nostri, & Camera Apostolica Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & que pro tempore emanauerint. Quoad actiones vero, seu modos delinquenti dicitur: Ad laicam potestatem recurrere, & ab ea, instanti etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellations huiusmodi admitti acutias, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt: qui re illa simpliciter, vel sine eorum beneficio, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarū & processuum executionem instrumenta, vel acta conficeret, aut confedita patti, cuius interets, tradere debent, impediunt, vel prohibent. Accitam patres, seu eorum agentes, Notarios, executores, & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capit, percutiunt, vulnerant, carcerant, deinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eliciunt, bonis spoliant, petent, faciunt, concutunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios publice, vel occulite: qui re alias quibusunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusunque eorum negotiis prosequenda, se gratias, vel literis impetrando ad Curiam Romanam accedant, aut recusum habeant, seu gratias ipso, vel literas à dicta Sede impetrant, se impetrato viantur, direcere, vel indirecere prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere presumunt. Materia huius censuræ hoc tempore latissima est, & multum agitata, præsertim in Hispania: & ideo melius duxi eam alibi fuse tractandam relinquerem, quam ea breuitate, quam hic locus postulat attinere.*

Decimaquarta censura contra eos, qui causas spirituales prætextu literarum Apostolicarum ad se aduocant, ut illarum executionem impediant.

Decimaquarta censura non dissimilis prædicti fertur in eos, qui ad se aduocant causas spirituales, prætextu literarum Apostolicarum, &

impe-

Ita impedit executionem aliarum literarum, quibus parendum est. Clauſula autem huius censurae prolixa est, nec potest melius exponi, quam ea ad literam referendo. Excommunicat ergo omnes, & singulos, qui per se vel alios, auctoritate propria & de facto, quarumcunque exceptionum vel altiarum gratiarum, & literarum Apostolicarum praetexti, beneficiale, & decimaru, ac alias causas spiritualibus, & spiritualibus annexas, ab auditoribus, & commissariis nostris aliisque iudicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audiencem, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illiarum cognitione tanquam Iudices interponunt. In quibus verbis illud solum aduerendum est, hic solum excommunicari eos, qui auctoritate iudicaria hoc faciunt, & praetextu literarum Apostolicarum. Vtrumque enim sub particula copulativa proponitur. Vnde haec clauſula vel supponit tales literas, vel gratias Apostolicas nullas esse, sed falso configit, aut certe eas reuocat, quacunque illi fuerint. Et eodem tenore additur: Quire paries actrices, quia illas (scilicet causas) committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentendum: eos contra quos tales inhibitiones emanarunt a censuris, & penit in illo contenti ab soli per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, & decrorum preditorum quomodolibet impediunt vel suum favorem, consilium, aut assensum praestant, etiam praetextu violence prohibeunt, vel aliarum pratenzionum, seu etiam donec ipsi ad nos informando, ut discunt supplicauerint, aut supplicari fecerint nisi supplications huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime persequantur, etiam in talia committentes fuerint Praedentes Cancelleriarum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancelleriarum, Vicecancelleriarum, Consiliarum, Ordinarij, vel Extraordinarij quorumcunque Principum secularium, etiam Imperialis Regali, Ducali, vel alia quacunque præfuleant dignitate, ac Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, aut Vicarij fuerint.

In quibus verbis praesertim notanda sunt illa: Etiam praetextu violence prohibeunt: hic est enim praecipuus titulus, sub cuius specie solent Principes & eorum ministri nonnulla facere, que videntur huic dispositioni contraria. Quod putant sibi esse licium, quia sit ad impedendum, ne aliquis sine iusta causa: & absque vera Summi Pontificis informatione a suo beneficio detur: aut aliam similiem iniuriam grauem patiatur, quam aut vix, aut nullo modo possit reparare: Quod (inquit Nauarrius) ut rbiique fere in illis regnis, scilicet Hispania, & Gallia, seruatur, ut multi iure munire conantur: an vero sati munitant, necne, S.D.N. definitioni remitto. Quod & ego nunc faciendum censeo, solumque aduerto circa illa verba: An Archiepiscopi, &c. ex eis constare verum esse, quod Cajetanus verbo Excommunicatio, cap. 29, circa similem censuram notauit, scilicet, non solum ligare laicas personas, quamvis contra eas videatur præcipue lata, sed etiam Ecclesiasticas: que similia presumunt alia auctoritate, quam Ecclesiastica: scilicet enim persona Ecclesiastica in Curia Principum secularium huiusmodi muneribus funguntur, quibus si male vitantur, contra libertatem Ecclesiasticam, & contra tenorem huius Bullæ, eius censuras incurunt. Quod non tantum pro hac clauſula, sed etiam pro praecedente, & pro sequentibus dictum intelliga.

77
Decimaquinta censura contra trahentes ad tribunum seculare personas Ecclesiasticas aut statuta aientes ex quibus libertati Ecclesiasticæ cæderogetur.

78
Decimaquinta censura fere annexa praecedenti fertur in eos qui ex praefenso aliquo officio ex numeratis in fine praecedenti clausulis, scilicet Presidente, Cancelleria, &c. seu quod idem est, ex eorum, id est Principum secularium, praefenso officio, vel ad instantiam paris, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, collegia Ecclesiastica, quarumcunque coram se, ad suum tribunal audiencem, cancellariam, Consilium, vel Parliamentum præter iuris canonici dispositionem, trahunt: vel trahi faciunt, aut procurans, directe vel indirecte quousquis quarto colore, necon quia statuta, ordinaciones, constitutions, praeminentias, seu quousquis ali i decreta in genere, vel in specie ex quibus causa, & quousquis quarto colore, atque etiam praetextu cuiusvis consuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, vel publicauerint, vel factis, & ordinatus vii fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo leditur, vel deprimitur, aut alias, quovis modo restringitur, seu nostri: & dicti sedis, aut quarumcunque Ecclesiasticarum iuribus, quomodolibet directe aut indirecte, tacite, vel expresse praesudicatur.

In qua clauſula duæ partes sunt distinguenda.

Prior est contra offendentes, personas vel communites Ecclesiasticas, non quousquis genere offendens, sed per abusum officii, seu iurisdictionis temporalis eas trahendo ad temporalia tribunalia. Circa quam partem solum est aduerendum, hanc censuram solum comprehendere eos, qui iudicaria auctoritate laica hoc modo abutuntur in personas Ecclesiasticas, hanc enim vim habent illa verba, ex eorum praefenso officio. Sunt tamen attente confideranda, & ponderanda verba illa, Directe vel indirecte: sed enim huiusmodi iudices vocant personas Ecclesiasticas non quidem ad suum tribunal, nec formaliiter ac directe vtendo officio, seu iurisdictione iudicium, indirecte tamen videri possunt eos trahere ad suum tribunal, & tanquam iudices: nam moriliter loquendo inuiti coguntur comparere, nec venirent vocati, nisi persona quibus vocantur, talia munera obirent. Et coguntur coram eis reddere rationem suarum actionum, quae ad iudices laicos non pertinent, & indirecte illos puniunt, dum eos in tali loco, vel ciuitate inuitos detinent, magnaque expensis facere cogunt: que omnia vi denteur comprehendere sub illa particula, indirecte. Et illa, quousquis quarto colore. Nihilominus tamē, quia huiusmodi actiones externæ non sunt ex se determinante ad hoc genitus traditionis moraliter violentæ, nec tendunt per se ad comparendum in iudicio: quod non nomine tribunalis in rigore significat non possumus eas damnare per se malas, & semper contrarias huius dispositionis, sed iuxta intentionem operantis, & iuxta occasionem, & modum vocandi in foro præterim conscientia discernendum est, an talis actio sit saltem indirecte his prohibita, vel potius secundum canones sit permissa. Attente enim illa etiam verba huic parti addita sunt, scilicet, Præter iuris canonici dispositionem, vel scilicet indicaretur, non quamcunque actionem, vocationem, sed illam, quæ est contra sacros canones, esse hic sub censi prohibitam, videntiam Nauarrius animaduerit.

Altera pars huius clauſulae est contra offendentes libertatem & iuris Ecclesiastica per statuta illa quousquis modo contraria, & quacunque colore edita etiam iusculo consuetudinibus, privilegiis, &c. Extatque similiis prohibiti potius est in cap. Noverit, de Sentent. excommunic. quanquam differant in reservatione, & in maiori quadam declaracione, vel extensione. Itaque etiam ibi excommunicantur autores horum statutorum: qui simili

glici generalique voce *Statutarii*, vocantur: illa tam comprehenduntur omnes, qui in hac Bulla significantur per omnia illa verba, *Qui statuta, ordinaciones, &c. fecerint, ordinauerint, & publicauerint*. Prætereain illo textu excommunicantur talium statutorum scriptores, qui sane non videntur in tota hac clausula comprehensi: quia illa tria verba, *fecerint, ordinauerint, & publicauerint*, in rigore tantum significare videntur principales autores talium statutorum: scriptores autem non dicuntur, nec sunt autores legum, sed instrumenta quædam eorum: in hac autem clausula nulla sit extensio ad eos, qui faciunt vel probant auxilium, &c. Quod si hoc verum est, tales scriptores excommunicati manent, non tamen excommunicatione reseruata. Veruntamen facis probabile est, etiam illos in hac clausula comprehendendi sub illo verbo, *publicauerint*, nam, quia Scriptura est publicum instrumentum, merito dici potest publicare statutum qui illud scribit. Responderi potest primum verbum, *publicare*, ibi non sumi executive, ut sic dicam: sed autoritatue, sicut verbum facere, vel ordinare: neque enim prece v.g. qui legem promulgat, hanc censuram incurrit, sed qui promulgat præcipit, & ideo proprii publicare dicetur. Quæ responsio posset acceptari, nisi in Bulla adderetur illa vox, *quomodolibet fecerint, & publicauerint*: non ergo comprehendit tantum præcipientem, sed etiam subscripti: nam hi omnes aliquo modo publicationem efficiunt.

¶ Præterea excommunicantur in dicto textu omnes qui de cetero dicitur statuta seruari facerint. Quæ verba in virtute videntur eadem cum illis verbis Bullæ, *Et qui statu vel ordinatu vti fuerint*: nam proprius vobis legis est obseruantia eius: ille ergo statuto vtitur, qui illud seruat, vel seruari facit. Adduntur vero in illo textu hæc verba, *Nisi et cum de Capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententia fecerint amoueri*. Quæ solum portuerunt habere locum in statutis huiusmodi, ante conditum, & promulgatum illud decretum editis: nam in iis quæ postea faciunt, præsertim post duos menses ab illius decretri promulgatione ianuæ non habet locum illius temporis determinatio, seu potius dilatio: nam semper, quocunque te impore talia statuta conseruentur, seu reineantur, iam id fit post duos menses ab promulgatione illius decretri: & ita committitur contra illud eiusque communie, incurritur. Hęc autem verba, aut æquivalentia non habentur in Bulla. Vnde si aliquis princeps, vel Resp. talia habere statuta: eis vero non vteretur, nollet tamen ea abradere à suis libris, seu Capitularibus, sed ea conseruare, ad memoriam, non videtur incurrit in hanc censuram Bullæ: quia illud non est facere, aut ordinare talia statuta, neque eis vti, & hæc tantum sunt, quæ probinentur in hac Bulla.

Imo etiam videri potest propter illam solum omissionem delendi talia statuta à capituloibus, non incurri excommunicationem illius decretalis, nisi simul concurrat vobis seu obseruantia talis statuti: nam ita vtrumque proponitur in illo capite sub particula exceptiva, ut simul videatur requiri ad illam excommunicationem incurritur. Sic enim dicitur, *Qui de cetero seruari fecerint statuta edita, nisi et de capituloibus, &c. fecerint amoueri*. Vnde Caetanus in Summa verb Excommunicationis, ca. 31. sentit, quod ad incurritur illam excommunicationem non sufficit non amouere illa à capituloibus, nisi simul aliquis faciat ea seruari. Dubitaverò an satis sit, facere ea seruari, si alioquin erat illa ex libris infra duos menses, id vero clarius docuit Nauarrus c. 27. n. 119: & videtur sane consequenter loqui. Nam, siad incurritur illam censuram sufficeret facere obseruare talia statuta etiam in libris eradantur, nō vero è contrariò, iam tunc in illo textu illa adiectio superflua esset, quia si quis facit ut talia statuta seruen-

A tur, incurrit excommunicationem, sine illa amouerat siue non, & similiter si non facit seruari, non incurrit, etiam si illa non amoueat: nihil ergo operatur illa adiectio, ergo iuxta illam interpretationem si quis amoueat talia statuta à capituloibus, licet faciat ea seruari, & vobis retineri non incurrit: quia ad incurritum vtrumque requiritur. Quod etiam patet, quia illa particula, nisi, exceptive intellecta, in rigore hoc significat.

Quia vero hoc ipsum consequens videtur absurdum, & contra mente illius legis, scilicet, quod faciens seruare hæc statuta, si illa delect, excommunicationem hanc non incurrit, ideo existimant alii particulam, *Nisi ea de capituloibus*, &c. non esse exceptionem prioris memtri, sed nouum membrum illius censurae, & supplemandam esse particulam copulatiuam, & quæ ibi deest, & obscuritatem facit. Ita ut sensus sit, *Excommunicamus eos si talia statuta seruari fecerint, & nisi ea de capituloibus amoueant*. Et ita quod liber horum sufficit ad illam excommunicationem incurrit. Et hanc sententia tenet Sylvest. ver. 31. bo Excommunicationis 9. excommunication. 10. nu. 31. Eridem sentit Abbas exponens illud cap. numerans *Aliorum sententias* *Abbas* *varias* *personas* *in* *currentes* *excommunicationem* *ex vi* *illius* *textus*. Vbi simpliciter affirmat eam incurrere, qui faciunt talia statuta seruari; nec requirit quod ea non delect. Et videtur probabilissima: quid enim refert ea delere ex libris, si quis faciat ut vobis & effectu teneantur. Item, nam qui seruari facit similem consuetudinem, etiam scripta non fit, incurrit hanc censuram: ergo qui facit seruari statutum etiam ex scripto illud delect *etam* censuram incurrit. Supposita autem hac parte, ratio facta ad probandum alteram, videtur etiam efficax. Erideo in rigore hæc sententia videtur verior. Opposita vero est minor: quod multum facit ad probabilitatem in materia penali: maxime cum verba textus sint obscura, ideoq; in prædicta sententia probabilis est.

Addit vero Nauarr. incurritur hanc excommunicationem Confuses, & Rectores ciuitatis, non solum faciendo statuta seruari, sed etiam si scianterum obseruantiam, & non impedian, quia hoc inquit, *exprese dicitur in textu*. Sed ego ibi non inuenio. Vnde Caet. d. capit. 31. oppositum sentit, nisi mirum solum incurrire, qui potuisse concurrat ad hanc obseruationem. Qui non fundatur in eo quod illi Nauarrus tribuit, scilicet, quia propter solum omissionem non incurritur censura: nam hoc ita generatim sumptum tam ell aperte falsum, ut non potuerit Caetan. in eo facile decipi: sed fundatur in hoc, quod propter omissionem non incurritur censura alieuius canonis, nisi in eo sufficienter exprimitur, quia censura est grauissima, & ideo non est dure, sed leniter interpretanda, in eo autem canonæ non fit mensio de omittentibus, sed solum de concurrentibus. Atque hoc modo sententia Caetani sentis probabilis est.

E Vt autem textus ille melius intelligatur, duæ partes ad nostrum propositum spectantes in eo distinguenda sunt. In priori scilicet, verba. Nec non, &c. videtur esse sermo de statutis editis usque ad illud tempus contra Ecclesiasticam libertatem: & in eo duo prohibentur: scilicet, *facere ut ea seruentur, & non facere ut de libris publicis eradantur*, seu retinere illa in Capitularibus suis (id est in libris publicis & ad hoc deputatis) ultra duos menses. Primum consistit in actione, & quantum ad illam partem ego opinor non incurritur illam censuram, eum qui potuisse non operatur, vel cooperatur alicui ad obseruationem talis statuti, etiam si possit & debeat illud impedi re, & non faciat propter rationem Caetani: quia, licet talis omissionis sit culpabilis, & indirecte participer malitiam cooperationis, tamen formaliter non est facere ut statutum seruetur: & in statuto penali standum

standum est proprietati & rigori verborum. Et confirmatur, quia censura non est extendenda ad consentientes etiam culpabiliter, nisi hoc ipsum in lege exprimatur: in præsenti autem decreto hoc non exprimitur ergo hæc censura non extenditur ad consentientes: sed ille, quicunque non prohibet, cum possit, & debeat ad summum se habet ut consentiens. At vero secundum, quod in ea parte prohibetur, ex se magis consistit in omissione: excommunicantur enim, qui post duos menses non fecerint amoueri &c. Vnde præceptum illud propriæ est affirmatum, ut faciant amoueri: cui præcepto propriæ & per se opponitur omissionis, quæ maxime illi attribuenda est, ad quem ex officio spectat talia statuta conferuare, vel delere, & non facit cum possit. Quapropter, si vera est secunda sententia supra relata, quod ad incurram illam censuram sufficit quælibet pars illius disunctionis, per solam hanc omissionem poterit illa censura incurri. Iuxta priorem vero sententiam, quam diximus etiam esse probabilem, non sufficiet hæc omissionis, nisi cum illa simili prior commissio concurrat. Tota vero hæc pars, quantum ex illo textu colligitur, procedit de statutis editis usque ad illud tempus, ut patet ex illis verbis, *Qui de cetero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas, &c. Item ex illis, Nisi ea de capitul. arbitrio suis infra duos menses post publicationem huius sententia fecerint amoueri. Qæ non possunt habere locum nisi in iis, quæ ante a edita & constituta fuerint. Denique quia de posteriori tempore postea statuitur. Atque ita illa prior pars non admodum potest ad vim deferire.*

In posteriori ergo parte prohibentur similia statuta in futurum, & excommunicantur varia genera personarum. Inter quas aliquæ sunt, quæ propter solam omissionem non incurrit hanc censuram absque illa dubitatione, alia vero sunt de quibus potest esse dubium. In priori ordine in primis sunt. *Scriptores etiam statutorum, nam hoc manifeste requirit actionem: vnde, qui non scribit, licet possit, & debeat impeditre ne alius scribat, & non faciat, non incurrit illam, saltem ut scriptor, quidquid sit de alio titulo, de quo statim idem censio de illis personis, quæ ibi vocantur Statuarii, id est conditores statutorum: nam hi etiam non sunt tales, nisi positivæ concurrant. Idem de iudicibus, vel Tabellionibus, qui secundum ea statuta præscriverint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata. Nam utrumque horum requirit positivam actionem: ut ex terminis certat. Neque in his omnibus aliquid additur de consentientibus aut dantibus fauorem, vel aliquid simile. Præter hæc vero adduntur hæc verba, *Nec non (scilicet excommunicamus) Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarii locorum, vbi de cetero huiusmodi statuta & consuetudines edita fuerint, vel seruare. In quibus nulla actio, vel omissionis in his quatuor generibus personarum declaratur, ob quam excommunicentur: sed sufficere indicatur, quod in eorum locis talia introducantur. Nihilominus tam certum est, quod Caetanus addidit, huiusmodi personas non incurrit hanc censuram nisi aliquam grauem culpam committant in huiusmodi editione statuti, vel consuetudinis, quia excommunicatio non incurrit nisi propter propriam culpam personalem. An vero oporteat eos portare committendo, vel sufficiat omittendo, in textu non explicatur: nec Caetanus expresse affirmat requiri commissionem. Et quoad hanc partem probabilior mihi videtur opinio Nauarri, quod omissione sufficiat: tunc quia lex non distinguit: nec ergo nos sine sufficiens causa distinguere debemus: tunc etiam, quia ideo lex illa non designauit certam actionem, sed sufficere existimat talis introductionem in talis loco, quia supponit, moraliter loquendo, hoc prouenire ex culpa & negligentia eorum; qui gubernant: quod maxime**

A patet in consuetudine, quæ Superioribus tribuitur, quando ipsi videntur, & permittunt; ergo quod ad hanc partem huiusmodi modus negligientia sufficiet in his personis; ut hanc censuram incurrit.

Extenditur præterea in dicto textu illa excommunication, ad eos qui seruare faciunt consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem. Quæ personæ non videntur in hac Bulla comprehensæ, alia aliud est seruare consuetudinem, seu facere illam seruare; aliud vero prætextu illius legem aliquam, vel statutum condere: in hac autem Bulla excommunicantur qui prætextu consuetudinis condunt statuta contraria Ecclesiastice libertati, non vero qui talem consuetudinem absque legem faciunt seruare faciunt: quod in prædicto textu prohibetur, & ideo qui in hoc precise delinquent, in excommunicationem quidem in illo capite latam incident, non tamen videntur in propriam & reservatam censuram Bullæ Cœnæ incurrire. Nisi quis dicat, satis certi moraliter legem statuere, aut certe lege vii, quæ consuetudinem tanquam habentem vim legis seruare facit: ex hoc capite incurrit in Bullam Cœnæ, non tanquam conditorem legis, sed tanquam illa videntur. Quod est probabiliter conferatum, tamen ad ampliandam pœnam rigorosum est: quia consuetudo in sermonis proprietate non est statutum, aut lex: & ideo in prædicto satis probabilis, & secura videtur prior sententia.

Tandem in eodem capite excommunicantur in particulari, quædam personæ, scilicet, *Potestates Consules, Rectores, & Consiliarii locorum, vbi hac statuta, vel consuetudines edita fuerint, vel seruare, & qui secundum eas iudicare præsumperint, vel in publicam formam scribere iudicentur. Vbi aduentendum est, hanc extensionem factam videri propter ea statuta, quæ sunt ab aliqua Republica, vel communitate, nam quia communitas excommunicari non potest, ideo fertur talis excommunication in capite, seu principia membra talis communitatis, quæ ad talia statuta extendenda, vel ad eorum vim concurrunt. Atque hoc modo est talis censura intelligenda, ut recte Caetanus verbo *Excommunicatio*, capitulo trigesimo primo annotauit. Nam, si contingat aliquem esse consulē eius ciuitatis, vbi statutum editur, aut seruatur: ipsum autem nullo modo concurrendo ad talis statuti editionem, vel obseruationem, non propter ea incurrit ipse censuram: quod communitas, cuius ipse est principale membrum, in eo deliquit: quia excommunication non incurrit propter pecatum communitatis, sed propter proprium: ideo enim non fertur in communitatem, sed in singulas personas. Ergo persona ibi nominata tunc incurrit quando in eo facto deliquerint, non vero alias, ut in simili annotauit Nauarri capitulo vigesimo septimo, num. centesimo & decimo quinto, ex An-gelo, Sylvestro, Tabiena, & Panormitano in ca. Aduersu. de Immunit. Eccles.*

Dubitari vero non immrito potest, an tales personæ incidunt in hanc censuram, ut est Bullæ Cœnæ. Et ideo dubij, quia in ea tunc fertur censura *hæc in huiusmodi statuta, contra facientes, ordinantes & publicantes hec statuta quando vero communitas id facit non incurrit, quia non est capax huius excommunicationis: singula autem persona non possunt vere dici facere statutum, aut legem: & ad illas non est facta in Bulla specialis extensio: nec per nomina dignitatum, aut officiorum, ut in prædicto capite, nec per nomina actionum, quæ ad singulas personas pertineant, ut sunt concurrendo, consulere, & cerebra. Ergo non incurrit in hanc censuram Bullæ. Respondetur, in primis iudices, & publicos notarios, & similes sine dubio comprehendendi, tanquam vertentes huiusmodi statutis, quæ actio in Bulla exprimitur, & ad singulare personas pertinet. Deinde, quamvis*

Sect. II. Contra facientes statuta derogantia immu, &c. 337

quamvis ratio facta probabilis sit, nihilominus probabilius videretur, etiam quidam tale statutum ab aliqua communitate editur, in hanc censuram incurrer singulas personas, quae sunt membra ipsius cōmunitatis, & per sua suffragia, vel alio simili modo ad talia statuta condenda concurrunt: nam, licet singularis persona per se non faciat legem totaliter, ut sic dicam: partialiter tamē facit, & hoc est aliquod modo facere. Et ideo sufficit ad incurram censuram: nam in Bulla dicitur, *Quoniam libet feserint ordinarient, & cetera.* Quare sub his verbis, adiunctis illis, *Et quaevis fuerint, comprehendi intelligo omnia illa, quae expressius in dicto capite numerantur.*

99. *Aliud*
Ecclesiastica
capitulū
st.
Præter hanc ad perfectam huius clausulæ expositionem duo sunt addenda. Vnum est, quid sit libertas Ecclesiastica, contra quam debet esse statutum, ut hæc censura incurritur: Quæ res latissima est, & apud Canonistas perimē ad titulos de immunitate Ecclesiæ, & apud Theologos ad materiam de ordine, & priuilegiis clericorum, quam in speciali tomo de Religione, si Deus concenserit, brevi nos datus speramus. Et ideo breuiter pro huius loci opportunitate duo requiri dicimus ad hanc libertatem Ecclesiasticam: vnum, ut immunitas, seu priuilegium, exceptio, aut quoniam alio nomine vocatur propria Ecclesiæ quatenus ex personis Ecclesiasticis constat, & loca, aut res specialiter ad eos pertinentes continet. Aliud, ut hoc pertinet ad communem immunitatem Ecclesiæ ut sic, non ad specialia priuilegia particularium Ecclesiæ, vel personam Ecclesiasticarum. Est enim aduentendum: quidam, licet hæc libertas denominetur Ecclesiastica ex subiecto, cui inest, scilicet Ecclesiæ: non tam in ipsis (ut ita dicam) adæquate toti Ecclesiæ secundum se totam, sed secundum aliquam principaliter partem eius, quæ est spiritualis Hierarchy, seu clerici.

Vnde non est hæc illa libertas Ecclesiastica, quam potest dici habere Ecclesia tota, si comparetur ad infinitum sacerdotum, seu congregations, quatenus est excellentior illis, & quodam modo eis dominari potest, sicut in directe, si ad spiritualiæ finem necesse sit: non potest autem eis esse subiecta. Dico autem non esse hic sermonem de hæc libertate, quia nunquam potest accidere, ut per statuta facta a fidelibus (contra quos hæc nulla fertur) hæc libertas Ecclesiæ minuatur: est ergo sermo de libertate, quam ipsam Ecclesiæ inter se ipsam habet in principaliori parte sua, quæ spiritualis est, cooperatione alterius, quæ est temporalis. Consilium autem hæc præcipue in excellentia potestatis, tum ad ordinem, tum etiam ad iurisdictionem pertinentis: & consequenter in omnibus exemptionibus, & priuilegiis, quibus Ecclesia secundum hanc præcipuum partem suam libera est a subiectione vel coactione temporalis potestatis, siue habeat hanc libertatem ex diuino iure, siue ex humano: quoconque. Atque hoc sensu loquuntur iura, quoties de Ecclesiastica libertate sermonem habent, ut maxime videre licet in Concil. Trident. sess. 25, cap. 20. de Reformatione: & cap. vltimo de Rebus Ecclesiæ non alienandis, & cap. primo de Immunitate Ecclesiastica in sexto. Et ideo etiam dixi hanc libertatem pertinere ad Ecclesiæ ut sic, in excellentiori gradu, seu ordine suo, nam priuilegia particularia huius vel illius Ecclesiæ religiosus, aut persona, directe non pertinent ad immunitatem Ecclesiæ: & ideo qui aliquid contra illa statuere non incurritur hanc censuram, ut sumitur ex doctrina Innoc. in cap. *Nouerit de sententia excommunicacionis, numero tertio, cōmunitate recepta, ut videre licet in Societate, Alex. & Anch. qui ibi in additione citantur et Card. Zabarelli in cap. *Perpendimus*, de S. excomm. Sylvestri verbo *Immunit. 2. num. 1.* Caietan. verb. *Excommunicatio*, cap. 31.*

Fr. Suarez tom. 5.

A Ratio est, quia conditor talis statuti non violaret Ecclesiasticam libertatem, sed particularis persona, & religionis priuilegium, quod hac censura non punitur. Dixi autem directe, quia indirecte, & consecutio quodam possit hoc cedere in iniuriam Ecclesiastice libertatis. Nam si particularis exemplo huic persona, vel Ecclesiæ laederetur in iniuriam concedentis, quasi non potuerit illam concedere, iam illud redundare in offenditionem Ecclesiastice libertatis, quia talis potestas ad illam pertinet, ut ex eisdem auctoriis constat.

Aliud explicandum erat, quando statutum aliquod censendum sit contra libertatem Ecclesiasticam, ut de hoc ait Caietanus tunc statutum esse huiusmodi, quando per se, & ex intentione attingit libertatem Ecclesiasticam, eamque edidit. Recte autem declarat, hoc intelligendum esse non de intentione ferentis statutum, sed de intentione ipsius operis (ut sic dicam) seu ex virute, & directa materia ipsius statuti. Nam si hæc talis sit ut per se non respiciat res Ecclesiasticas, neque harum exemptionem diminuat, licet ipse legislator directe intendat detrimentum aliquod, quod accidens potest inde resultare in Ecclesiasticas personas, & peccet, non tam agere contra hanc prohibitionem, & censuram: quia statutum ipsum ex se non est contra libertatem Ecclesiæ, & ea quæ sunt per accidens, non considerantur. Et è conuerso, si statutum ipsum sit per se repugnans libertati Ecclesiæ, quamvis statutarius speciali intentione non intendat libertatem Ecclesiasticam minuere, sed aliquod temporale commodium suum, nihilominus in hanc censuram incurrit: quia opere ipso voluntarie agit contra hanc prohibitionem. Quia doctrina ita in genere supra, opima est, & moralibus exemplis recte ab eisdem auctore explicatur.

Solum adierto, non esse difficile iudicare, quando statutum per se, & directe sit contra Ecclesiasticam libertatem: nam id ex materia ipsius statuti facile percipi potest. Nam duplicitate potest id continger, primo si materia ipsa sit contraria iuri Ecclesiastico, ut verbi gratia, si statutum sit quod decimæ non solvantur, aut aliquid simile. Secundo si ex ipsa quasi in actu exercito repugnet libertati Ecclesiastice, nimirum, quia licet materia eius non sit directe illi contraria, possetque ab Ecclesiastico prælato iuste suis subditis imponi, tamen quod imponatur a seculari potestate, & contra libertatem Ecclesiasticam: ut quod sacerdotes tali vestitu vrantur, vel aliquid simile, ut videtur licet in cap. *Grauamen, de S. et excommunicatio*.

At vero, quando statutum non est ita per se, & directe contra libertatem Ecclesiasticam: ex accidente tamen, & consecutio quodam videtur illam laedere, tuic ait Caietanus, non esse talem legem contra hanc prohibitionem. Sed cum duplicitate moderatione hoc intelligendum est. Prima, quod tale statutum non solum non veretur directe circa spiritualia, verum etiam nec circa spiritualibus annexa: nā hoc etiam esset contra Ecclesiasticam libertatem, ut expresse dicitur in capitulo vltimo de Rebus Ecclesiæ non alienandis, & recte tractat Panormitanus in prima parte Consil. consilio vigesimo sexto. Secunda ut illud detrimentum, quod per accidens sequi dicitur, non sit ita coniunctum, ut moraliter existimari possit sequi per se. Exemplum sumi potest ex capitulo vltimo de Immunitate Ecclesiastica in sexto, vbi excommunicantur temporales domini, qui suis subditis prohibent, ne clericis consueta obsequia exhibeant, id est, ne eis quicquam vendant, aut panem coquant, & similia. *Cum talia, inquit, in derogationem libertatis Ecclesiasticae presumantur.* Quod verbum, *presumantur.* Caietanus in dicto capitulo, trigesimo primo, & trigesimo septimo, & Nauarrus numer. 120, intelligunt cum proprietate, id est, prohibito-

91.
§ statutum
quando sit
contra liber-
tatem ecclesie

92.

93.

94.

Caiet.

Nauarr.

ff. hibitio-

hibitions illas non esse contra Ecclesiasticam libertatem, sed contra humanam societatem, tamen ab Ecclesia præsumi fieri in injuriam Ecclesiasticam immunitatis. Sed quod ad rem moralem attinet: re vere sunt materia huius excommunicationis, quia vere prohibentur in fauorem Ecclesiasticæ libertatis. Vnde merito dici possunt non tantum præsumptiæ, sed etiam vere esse contra Ecclesiasticam libertatem, quia faltem indirecte impeditur illo modo Ecclesiastica libertas, vel aliquid illi repugnans à personis Ecclesiasticis exiguntur. Dicunt ergo præsumi esse contraria libertatem Ecclesiasticam, quia non directe, & exp̄s̄e hoc declarant, nihilominus tamē vere sunt in fraudem dictæ libertatis, ut in similili dicitur in ca. Quanto. de Privil. iuxta reg. vlt. iuris in sexto, *Certum est eum in legem committere, qui legū verba complectens, contra legis nisius voluntatem. Sic etiam dixit Bartol. in leg. 1. §. 2. ff.* Quarum rerum atq; non detur, numero tertio illud esse contra libertatem alius per quod efficitur timidor: & ideo statuta illa, per quæ efficiuntur clerici timidores, esse contra libertatem Ecclesiasticam, etiam in immediata & directe non videantur contraria privaligii Ecclesiasticis, sed iuri communi omnibus ciuiis, de quare particularia exempla videri possunt in Caiet. & Nauarr. supra, & in eodem Nauarr. consil. 2. de Immunitate Eccles.

Bartol.

Decimasexta censura contra impeditentes prælatos Ecclesiasticos ne sua iurisdictione usurpati utantur.

Decimasexta censura fertur in eos qui prælatos seu iudices Ecclesiasticos ordinarios impeditunt, quod minus sua iurisdictione contra quodunque viuantur: secundum quod canones, & sacra constitutio Ecclesiastica, & decreta Conciliorum Generalium, & presertim Tridentini. Et hæc est prima pars huius prohibitionis, seu censuræ. Et similis habetur iure communi in ca. Quoniam de Immunitate Eccles. in sexto, cum publicitatem discrimine, cui excommunicatione ibi latenter reseruata non est, sicut est in Bulla. Item, quia prohibito illius textus vniuersalior est, nimis in fauorem Ecclesiasticorum iudicium non solum ordinariorum, sed etiam delegatorum, ut patet ex illis verbis, in foro Ecclesiastico delegato, seu ordinario: In Bulla autem solum de ordinariis iudicibus, & prælatis mentio est, ut ex adductis verbis exp̄s̄e patet. In altera vero parte huius clausula non solum de ordinariis, sed etiam de delegatis mentio est. Et in ea excommunicantur omnes, qui post ordinariorum vel delegatorum quorumcunque sententias, & decreta aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata, etiam paenitentia ordinaria, & delegatis predicitis decerni, & contra illos exequi procurant: eos quoque qui hoc decernunt, & exequuntur, seu dant consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem. Itaque differentia inter has duas partes esse videtur, quod prior immediate fertur in fauorem personarum, id est, prælatorum & Ecclesiasticorum iudicium ordinariorum, & generaliter contra omnes, qui eos impedit in usu iurisdictionis sua. Et ideo specialiter fert pars illa de ordinariis iudicibus, quia in eis Ecclesiastica dignitas specialiter residere videtur. Posterior vero respicit speciales actus & particularem modum eludendi Ecclesiasticam iurisdictionem, & ideo quoad personas quarum præcepta se iudicia defenduntur, vniuersalior est.

Decimaseptima censura contra usurpantes iurisdictionem, aut fructus ad personas ecclesiasticas ratione beneficiorum, &c. peritentes.

Decimaseptima censura ferrur, etiam ad defensionem ecclesiasticæ immunitatis, in eos qui iurisdictionem, aut fructus, redditus, & prouentus ad fidem Apostolicam, & quæcumque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiastiarum monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum peritentes usurpati. In qua parte iurisdictio latius usurpatur, quam in præcedente clausula: hic enim non tantum ecclesiastica iurisdictionis, sed etiam temporalis, si ratione Ecclesiæ seu beneficij ecclesiastici competat, defenditur; non solum quia exp̄s̄e nominatur, sed etiam quia inter fructus vel prouentus beneficij ecclesiastici computari potest. Itaque, si Episcopus ratione Episcopatus sit etiam temporalis dominus iurisdictionis, temporeale habens, qui eam usurpauerint, in hanc censuram incidet. Dico autem, ratione Episcopatus: quia si persona Episcopi alias habeat dominium, aut iurisdictionem temporalis titulo, illa iurisdictionis non defenditur per hanc Bullam: quia identitati dignitatis confluit, non persona. Et idem est de aliis fructibus seu prouentibus, ut verba ipsa satis declarant, ibi: ratione ecclesiastica: & Caiet. verb. Excommunicatione, cap. 27. & Nauarrus nu. 17. annotarunt: idem Nauarrus consil. 2. de Immunitate Eccles.

Cui etiam addunt necessarium esse ad hanc censuram incurrendam, quod hi fructus ecclesiastici, & prouentus usurpant, & ut fructus, & prouentus: quoniam verba (ait Caietanus) formaliter sumenda sunt. Dicuntur autem prouentus ut prouentus usurpari, quando usurpati ius ad ipsos, seu quando aliquis eos accipit, tanta ad se pertinet. Hoc autem annotauit Caietanus, ut ab hac clausula, & censura eos excluderet, qui per furtum, vel rapinam huiusmodi fructus arripiunt, non formaliter ut prouentus sunt, sed vniuersaliter quæcumque alii res: nam hic canon (ait Caietanus) non est factus contra fures, seu latrones, sed contra eos, qui prouentus Ecclesiæ usurpant, quia sunt prouentus, id est (vtego interpres) quia tales prouentus, ac si ad se pertinenter, usurpant, & non tanquam aliena bona rapunt. Quæ ponderatio ingeniosa est, & in rigore vera videtur: eamque ipsum verbum, usurpandi, infinitus: tunc enim aliquis usurpare dicitur prouentus, quando veluti potestate dominandi, & quasi iure proprio vtiens illos præoccupat. Et contra hos, qui hac potestate & violentia usurpat, videtur directe editus hic canon. Et confirmatur, nam si latro furetur bona ecclesiastica persona, ver. gra. triticum pecunia emptum, non incurret hanc censuram: ergo etiam furetur triticum ex decimis, aut primitiis collectum, illam non in curret: quia hoc valde accidentarium est, nec mutat moralem rationem illius actionis. Prohibetur ergo hic non quodlibet furtum, sed usurpatio ecclesiastico: um prouentuum,

Addit vero viterius Caietanus necessarium esse, ut tales prouentus sint alius certa persona, vel communis: quia in litera dicitur, *Ad ecclesiasticas ius mensa personas ratione ecclesiastiarum, &c. peritentes.* Vnde interfert, si quis usurperet prouentus alius Episcopatus, de jure seu Ecclesia vacantis non incurtere hanc censuram: usurpat, in quia illius prouentus ad nullam certam personam incurrat, pertinet. Sed hoc incredibile est: & mihi cere vi detur, moraliter improbatum, & in primis in fructibus pertinentibus ad Pontificem Romanum fatis hoc explicatur in illis verbis, *Ad nos, & Sedes Apostolicam.* Quanquam enim Sedes vacet, semper illi

illi fructus ad Sedem Apostolicam pertinent. Dein A de hac prohibito, & censura non est facta præcipue in comodum personæ, sed in defensionem Ecclesiastice immunitatis, & dignitatis: ergo, quod præcipue intenditur est cohoberare usurpatores ecclesiasticorum prouentuum, siue illi nunc pertainant ad determinatam personam, siue non: nam hoc valde accidentarium est ad finem ipsius legis. Itē quia alias usurpantes prouentum monasterii non incurrerent hanc censuram: quia illi prouentus non pertinet ad determinatam personam, sed ad hanc communitem ex quibuscumque personis constet. Quod si datur, sub nomine personarum comprehendendi hoc collegium, vel hanc communitem, ex quibuscumque personis constet: fingamus hoc anno ex aliqua occasione nullam personam hoc collegium inhabitare, nunquid propterea minus peccabit, qui illa bona usurpauerit? Nemo, credo, id affirmabit: quia illa circumstantia valde accidentaria est, nec mutat rationem prohibitionis, vel culpæ, & quia semper illi prouentus formaliter pertainet ad hoc monasterium: quod, licet hoc anno non existat, in sequente existet. & ad illud omnia illa bona pertinet. Sic ergo dicendum est in qualibet Ecclesia, aut beneficio vacante, quod usurpare fructus eius, si contra hanc prohibitionem: nam per se pertinet ad possessorem talis beneficij, qui licet fortasse non existat, seu non sit dominus beneficij, paulo post succedit in illo: & tales fructus solent ad successorem pertinere. Atque hoc in rigore satis est ad verificanda verba huius clausule, scilicet, quod prouentus hi pertinet ad ecclesiasticas personas. Præfertim quod ibi non dicitur, ut illa persona sint omnino determinata eo tempore in quo bona usurpantur, aut quod iam habeant ius acquisitionis ad illa: satis ergo est quod illa bona ex se sunt destinata ad ecclesiasticas personas, & non nisi spirituali titulo sunt obtinenda. Ac denique, etiam tunc quando Ecclesia vacat, postulat dici pertinere ad commendatarium, vel etiam, ut etiam Nauarrus notat, non quidem ut eorum dominium acquiratur, sed ut ea conseruet & vero domino suo tempore reddat. Imo etiam possunt dici, pertinere ad Summum Pontificem, si non ut dominum, saltem ut supremum dispensatorem, qui interdum potest tales prouentus Ecclesiæ vacantis, vel suis, vel aliorum viis pro ratione occurrente necessitatis applicare.

98. Additur denique in eadem clausula quadam extenso huius censuræ, his verbis: *Velletiam quavis occasione, vel causa sine Romani Pontifici, vel eorum ad quos deinceps pertinet, expressa licentia sequestrant: Quæ verba differunt à præcedentibus in actione, quæ est causa huius censuræ, nam sequestrare non est libi usurpare, sed impedire, aut separatim reponere, ne huiusmodi fructus ad ecclesiasticas personas prouenant, & proprie etiæ actus iurisdictionis, quem actio usurpandi per se non requirit.* Et ideo hic specialiter audit illa limitatio, *sine nostra, &c.* quia non quomodo docetur prohibetur hic actus, sed quatenus est usurpatæ iurisdictionis: quod non erit, si cum prædicta facultate fiat. Caiet, verò dicit, c. 27. hanc cöditionem, seu limitationem etiam cum verbis præcedentibus coniungit. Quia verba Bullæ, que ab ipso exponuntur, obscuriora tunc erant: & quantum ad rem spectat, non multum refert: tamen in Bulla Clementis satis hoc explicatum est: & merito, nam in prioribus verbis superflua esset illa limitatio, quia non dicetur quis usurpare ea, que cum facultate domini, aut superioris accipit, sicut dicitur sequestrare. Imo tunc verius, & iustius id facit, quando cum facultate iurisdictionem habentis id facit.

Fr. Suarez tom. 5.

D

Decima octava censura contra imponentes, aut recipientes decimas, aut alia onera personis, aut bonis Ecclesiasticis absque Pontificis licentia.

Ecima octava censura fertur ad defensionem B etiam ecclesiastice immunitatis contra eos, qui collectas, decimas, vel similia onera ecclesiasticis personis, & Ecclesiæ, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, boni, eorumque fructibus, &c. absque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt: aut sic imposta, etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Quæ verba satis per se clara sunt, & virtute continebatur hæc prohibito in præcedentibus: nam huiusmodi impositio manifeste contra libertatem ecclesiasticam. Hic vero additur, tum ad maiorem declarationem, nam siue hæc impositio, & exactio fiat per modum statuti, siue præcepti, aut per violentiam, aut quacumque alia ratione, incurritur: hæc censura: quo modo non erat hoc in superioribus clausulis satis declaratum, aut etiam contentum. Neque etiam quoad illam extensionem, quæ hic sit ad accepientes etiam sponte ablata: dicuntur autem sponte dari, non quia ex absoluta, & omnino libera voluntate donandi dentur: non enim hoc prohibutum est ut per se constat, sed quia sine alia ratione, in positione vi, aut coactione, præter exactiōnem, seu impositionem datur. Hæc autem ipsa est sufficiens vis, aut coactio: & ideo si hoc titulo dentur, quocumque modo datur, hanc censuram incurrit, qui accipiunt. Adnot. Abb. tandem vero est ex Panormitano in c. Non minus, de Immunitate eccles. & Nauarr. cap. 28. nu. 115. hoc esse Nauarr. intelligendum de tributis, aut exactionibus, que vel in bonis ecclesiasticis, vel in personis etiam ecclesiasticis directè imponuntur. Nam si clerici habeant bona temporalia, ratione quorum debent aliqua tributa, vel onera, non est prohibitum illa exigere.

In reliquis autem verbis huius clausulae sic extensio huius censuræ ad dantes auxilium, consilium, &c. & omnes personas cuiuscumque dignitatis vel ordinis existant, quæ latissime referuntur. Et innouatur decretum, & pœna, vel censuræ in huiusmodi causa latæ in aliis Conciliis, quæ omnia in Bulla ipsa statis perspicua sunt. Est autem aduertendum similem censuram latam esse in Concilio Lateranensi sub Alexander Tertio, cap. 19. & haberi in cap. Non minus, de Immunitate eccles. cuius statutum hæc Bulla confirmat & auget addendo censuram. Et similiter confirmata est ab Innocencio Tertio, in cap. Aduersus de Immunitate eccles. vbi additur excommunicationis, seu extensio illius excommunicationis, ad successorem illius, qui tale tributum imposuit in regimine, seu officio: nam si antecessor non satisfecit Ecclesiæ, & in excommunicatione permanet donec satisfaciat, successor ad satisfaciendum obligatur: quod, si intra mensem non præstiterit, in excommunicationem incidit, absq; reservatione ex vi illius canonis, Quærit autem potest, an ex vi huius Bullæ illa etiam censura quatenus ad successorem extenditur, reseruata sit. Et breuiter dicendum censeo, si successor non exequatur de nouo impositionem ab alio factam, exactionem continuando, sed statim effet, solumque sit in mora restituendi, quod ab alio iniuste petiūt, & acceptum est, licet excommunicatione incurrit, non tamen videri reseruata ex vi huius Bullæ, quia in tota hac clausula non est fermode non restituendo, sed de imponente, exigente, & vel etiam accipiente, vel quouis modo ad huiusmodi actiones cooperante: successor autem, qui non satisfecit, non potest dici illas actiones exercere, aut ad illas cooperari: non ergo incurrit hanc censuram prout latam in Bulla Cœnæ.

E

Vt autem incurrat eam ut latam in dicto capite,

Ff 2 Aduersus

*Aduersus, oportet ut culpabiliter sit in talimora. Nec A
enim, ut opinor, cogidus est talis successor ad satis-
faciendum, seu restituendum ex propriis bonis, cum
ipse non deliquerit, neque aliud ex bonis Ecclesie
vñspaurerit: Debet ergo satisfacere quatenus gu-
bernator, id est, vel ex communibus bonis, vel faci-
endo, ut qui bona acceperant, eare restituant; quan-
tum ad hoc enim merito succedit in onere, ut in il-
lo textu dicitur. Et ideo, si non possit intra mensem
re ipsa exequi satisfaciendum, dummodo, quod in se-
el. faciat, non incurrit, quia re vera non peccat. Si-
cū etiam Consul, vel alius similis ex gubernatori-
bus non incurrit, si quantum in ipso est, contradicat
tali impositioni, licet fortasse propter plura suffici-
gā imponatur, ut in similis annotatum est supra in
clausula 15. Hic adiungi posset prohibito similis fa-
cta in cap. Quanquam, de Censibus, in 6. sed dicetur
commodius infra tractando de censuris non reser-
uatis libri 6.*

*Decimanona censura contra se interponentes
in causis capitalibus contra personas
Ecclesiasticas.*

ED. 1.

*D*ecimanona censura fertur in eadem Bulla et
iam in defensionem ecclesiastica libertatis cō-
tra omnes magistratus, & iudices notarios, iuris, ex-
ecutio, & iudicatores, quomodolibet se interponentes
in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ec-
clesiasticas, illas protessando, bannendo, capiendo, seu ien-
tendo contra illes proferendo, & cetero: quando sine specie, li-
pocistica, & expressa huic sancte Sedis Apostolica licenti, &
etiam si talia committentes fuerint consiliarii, Senatores,
&c. & quocumque nomine invicupati. Quæ clausula
nulla indiget expositione, præter dicta in superioribus:
namquid in illis, vel pro defensione bonorum, aut
pro causis ciuilibus, aut pro libertate Ecclesie in
genero, vel specie dictum fuerat, hic in particulari
sit ad defensionem personarum ecclesiasticarum
in causis capitalibus. Vnde cædem habet intelligentiam.

*Solum aduerto in Bulla Gregorii ad hanc clau-
sulam adiungi aliam: per quam reuocant omnia
priuilegia quibuscumque Regibus potentatiis, aut
Rebus publicis concessa, quæ huic prohibitioni cō-
traria fuerint. Quæ clausula videri potest omessa in
hac Bulla, sed non tam omessa est, quam virtualiter
explicata per illa verba, sine speciali, specifica, & ex-
pressa huic sancte Sedis Apostolica licentia: quæ in dicta
Bulla Gregorii non erant, sed addita sunt à Sixto V.
& à S. D. N. Clemente VIII. per quæ non fuit sublata
omnino reuocatio priuilegiorum, sed illi existi-
mo declarationem, & moderationem fuisse adhibi-
tam, quod illa esse debeant expressa, & specialia
sue specifica. Itaque non sufficiunt generalissima
verba, immo nec generica, neque etiam implicita, sed
debet esse expressa, & specifica: non existimo tam
esse necessarium, ut hæc licentia sit specialis quoad
personam, vel quoad delictum in individuo, de quo
cognoscendum est, sed sufficiet, quod sit cognoscendum
de tali delicto in specie, etiam si licentia sit
generalis quoad personas ecclesiasticas, tempora, &
loca, in quibus tale crimen inveniendum fuerit. Et ideo
non existimo priuilegia sub prædicta forma conce-
sa etiam ante hanc Bullam esse reuocata. Cessatque
dubium de quibusdam priuilegiis Galliæ quod
Nauarrus mouet, & indecimum relin-
quit: nam plane videtur sub
illa forma concessa.
(:)*

*Vigesima censura in defruentes, inuadentes,
occupantes, & terras Romanae Ec-
clesie subiectas.*

*V*igesima censura fertur in eadem Bulla in spe-
ciale defensionem dominii temporalis adse-
dem Apołolicam pertinentem contra omnes qui pe-
se, vel alios direcere, vel in redere, sub quoquem iuu-
lo, vel colore inuadere, defruentes, occupare, aut detinere
præsumperint in totum, vel in partem aliam. Vnde re-
gnum Siciliæ, insulas Sardinae, & Corsicae, &c. vñque
ad illud. & alias ciuitates terras, vñ loca, vel iura di-
pissam Romanam Ecclesiæ pertinentia, dictæque Romanae
Ecclesie mediæ, vel immediate subiectæ, necnon supre-
mam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Romana Eccle-
sie competenter de facto vñspare, pertinere, retinere, &
vñxare variis modis presumunt. Nec non adhærentes fau-
tores, & defensoris erunt, seu illis auxilium, confilium vel
fauorem quomodo libet præstantis. Circa quam notandum
est in Bulla Gregorii post quatuor illas actiones, quæ videntur hic designari, ut causæ huius censurae, scilicet, inuadere, defruentes, occupare, aut detinere,
addi hoc ad aerium, hostiliter: iuxta quæm determina-
tionem, si in omnia illa verba cadat, restringitur
totius clausula intelligentia: tamen posteriores Pó-
tifices dictiōnem illam auferentes, videtur voluisse
illa verba generalius intelligi, tamè, si verba Grego-
rii attente considerentur, parvi differre videuntur: bis
enim potuit illa verba (qua se nol tantum in Bulla
S. xti continetur) scilicet de præsenti, & de præteri-
to: hoc modo, eos qui de facto occupant, vel detinent,
vel hostiliter defruentes, vel inuadunt, aut occupare detinere,
vel defruentes, aut inuadere hostiliter præsumperint, &c.
Vbi in prioribus verbis dictio, hostiliter, solum vide-
tur coniungi cum verbo defruentes: in posterioribus
vero cum ultimo, quod est, inuadere. Et ita ferd
nulla erit differentia, quia verbum ipsum, inuadendi,
per se videntur indicare huiusmodi hostiliter in-
cursus.

*Itaque quacumque ratione aliqua ex his actioni-
bus contra iustitiam fiat, sufficit ad incurrandam
hanc censuram. Siautem bona fide & probabilitate
tulo, iuxta dictum hominum iudicium aliquid
huiusmodi fiat, non incurrit censura: quia ex-
satur culpa, sine qua non potest excommunicatio
incurri. Quod annoctat Caietanus in Summa cap.*

*31. versic. 4. Quia tunc (inquit) operatur quis ex igno-
ranzia plu quam probabil: & ideo neque apud Deum, nec
apud Ecclesiam agit contra eum deus Ecclesie ius, seu libe-
tatem. Aduertit etiam idem Caietanus cap. 17. quem
sequitur Nauarrus num. 73 quod, quando ciuitatis
Pape sunt factioes, & altera factio extra existet,
ciuitatem hostiliter inuadit, quamvis non intendat
eam subtrahere ex dominio Pape, neque in aliquo
ledere ius Ecclesie, sed ibi principatum obtinere eo
modo, quod potest, nihilominus duces, & milites ta-
lis factiois hanc censuram incurrit: quia simili-
citer inuadunt hostiliter ciuitatem, & in Bulla non
distinguitur quod id fiat animo subtrahendi ciuita-
tem ex dominio, vel iurisdictione Pape nec non itē,
quia huiusmodi inuasionses irregulariter ac frequē-
ter non sunt, quin ciuitas saltem in parte destru-
atur. Addit etiam Caietanus frequenter etiam non
fieri, quin liberum regimenter talis ciuitatis Ecclesiæ
subtrahatur.*

*Post has censuras addebat alia in Bulla Grego-
rii contra eos, qui tempore quo Sedes Romana vñ-
cat, vel Summus Pontifex infirmatur supellefi-
lem librorum, scripturarum, aut bonorum Came-
riæ Apostolice occupant. Illa vero à Sixto, & Cle-
mente sublata est, & ideo nunc solū illæ virginis, quæ
expedita sunt, per se, & directe continentur in Bulla.
Nata alia, quæ postea fertur in eos, quia absoluunt
ab huius*

ab huiusmodi censuris fine legitima facultate, est
quasi reflexa, & minus propria huius Bullæ, ut sta-
tim declarabo.

SECTIO III.

Quis possit absoluere ab his censuris.

POST omnes prædictas leges, & censuras additur in Bulla clausula continens modum, & terminum durationis eius. Quam clausulam propter loci opportunitatem in prima sectione expoitam relinquimus. Deinde vero subiungitur clausula reseruationis prædictarum censurarum. Iuxta quam dicendum est primo, extra mortis articulum nullum præter Romanum Pontificem posse a prædictis censuris absoluere; neque etiam tunc, nisi destando Ecclesiæ mandatis, & faciendo cautionem præfita. Quæ assertio satis probatur auctoritate ipsius Bullæ, nam sunt ferè formalia verba eius, Solum posset interrogari quæ cautio sit in mortis articulo exigenda. Sed de hoc non potest generalis regula statui, prudenterque arbitrio et reliquendum. Communiter autem dicitur cautionem hanc debere esse pignorariatiam, vel si ne hæc possit, saltè iuratoriam, ut videatur licet in Caet. c. 77. de Excommunicatione, & Nat. arr. supra.

Constit. iuratoriam, ut videre licet in Caiet. c. 77. de Excom.
Narrat. municatione, & Narr. supra.

Merito autem in Bulla dictum non est in mortis articulo satisfactionem esse exigendam sed cautio- nem de satisfaciendo, vt tolleretur dubium, an in huiusmodi eventibus necessarium sit realem satis- factionem præcedere, & an in casu impotentia pos- sit quis absque illa absoluiri cum eius cautione. Quâ- usi enim propabilius sit (licet non sine opiniorum varietate) in eo casu semper, & pro quacumque re- seruatione cautionem sufficere, vt in superioribus vîsum est. in casibus tamen huius Bulla res esse debet contra omnem controverfiam: quia in ipsam Bullam non satisfactione, sed cauro satisfactionem expre- se postulatur. Vnde non solum in casu impotentia

simpliciter, sed etiam in minori necessitate, vel quaque
enique difficultate morali exigitur sufficiere cau-
tionem, quia Bulla non plus requirit: Nihilominus
tamen, quando saepe talis est, ut statim, & fine
villa mora exhiberi possit, non solum tunc (quod
manifestum est) sed etiam necessarium est, per lo-
quendo, ut satisfactio praemittatur, saltem ut res be-
ne, & fine peccato fiat. Nam, ut valide fiat semper,
opinor, sufficiere cautionem, cum non desit in ab-
solvente iurisdictio: quia verba Bullæ in rigore plus
non requiriunt: & ex parte dispositionis pœnitentis
possit esse sufficiens cum proposito satisfaciendi:
nihilominus tamen interdum potest esse necessaria
actualis satisfactio præiuia, si statim, & absque diffi-
cultur villa potest exhiberi. Et ideo etiam minister,
ut fideliter suo munere fungatur, debet in simili ca-
su eam exigere. Eo vel maxime, quod quando non
potest satisfactio præmitri, debet cautionem secu-
risimam, quantum moraliter potuerit procurare:
nihil autem securius est, quam non differre satisfac-
tionem, si statim commode exhiberi potest. De
qua re videtur possunt superius generatim dicta, &
qua attingit Nauar. cap. 27. num. 47. & 48. & quos
ipse citat. An vero articulus mortis, & periculum
mortis idem sint, & utrumque ad presentem esse
etiam sufficiat dictum est in superioribus, cum de re-
suetuariis calibus in communis ageremus, nec in pra-
fente aliquid speciale occurrit.

3 Cum autem in hac assertione dicuntur solum Summi
Pontificis posse ex ea dictum articulum ab
his seculis aboluere, non excluduntur ministeria,
sive Delegati ipsius Pontificis ad hunc effectum: quia
excluduntur constat nec debere, nec moraliter posse Pontificis
sive ipsius ab omnibus huiusmodi causulis absolu-

Fr. Sharez tom. 5.

A uere: imo nunquam id facere. Necessarium tamen efficit ab est, ut hæc delegatio fiat modo in hac Bulla præscriptio: non enim sufficit quodcumque indultum, vel facultas verbis generalibus concessa, nisi in ea expressè contingant causas huius Bullæ: ita enim in eadem Bulla, eisdem fere verbis declaratur: & nominantur in particulari omnia genera personarum, vel communitatium, quibus talia indulta concedi solent, & ad omnia extenditur reuocatio, siue tales facultates per Sedem Apostolicam datae sint, siue per eiusdem Concilij Decreta. Quod ultimum verbum notandum est, quia per illud videtur derogata facultas concessa Episcopis ad absoluendum ab omnibus censuris in causis occultis, quantum ad causas huius Bullæ: quia non videtur potuisse expressius derogari. imo vix potuit verbum illud propter alium Concilium addi. Ita animaduertiri in superiori tomo, disput. 3. o. 2. numer. 10. vbi in hunc locum remissi aliqua, quæ nunc addenda sunt.

4
Aduertendum est ergo circa clausulam reuocatoriaem priuilegiorum & facultatum in Bullis Sixti V. & Clementis VIII. habere quandam restricitionem notabilem per illa verba: *nisi in eius etiam casu presentibus litteris expressi comprehendantur.* Per qua declaratio est, per priorem reuocationem solum excludi inducta concedentia facultatem absoluendi casibus Papæ referuntur, tantum in generali, non vero ea quæ in specie concedunt casus Cœnæ Domini: & ita constat nunc non esse reuocata regularium priuilegia, quæ hos casus in specie concedunt an vero hæc fuerit noua concessio, seu limitatio reuocationis, vel fuerit tantum declaratio prioris reuocationis generalis in romo de religione, Deo dante videbimus. Hinc ergo ortum mihi est speciale dubium circa precedentem resolutionem: nam hinc sequitur facultatem illam Episcopo datam à Concilio non esse renocatam per hanc clausulam. Patet sequela, quia in consilio expressis verbis conceditur hic casus heretis occulta Episcopis, vt patet ex illis verbis sicc. 24 cap. 6 de Refor. *Idem in heresim criminis in foro conscientie, ut tantum non eorum vicarius sit perniciens ergo hic casus continetur sub illa exceptione, nisi in eis, &c.* ergo facultas ad absoluendum ab illo reseruata non est.

Responderi potest; illam specificationem non
tantum fuisse positam à Concilio propter faculta-
tem concedendam, quām propter limitandam;
Nam per hāc cōsulāre nō sū sit
fūlūrū ab hūndi
scilicet, ut per se, nō per vicarium posset Ego-
scopus illa vti; alioquin dicendum esset, concessio-
nem illam effe reuocatam quoad alios casus. Cōsidero &
& non quoad heretici, quoniam absurdum est. Cœ. Irid.

et non quodam merenti; quod plane non datur, ut
Sequelam proba, quia alii casus conceduntur soluia
per clausulam generalem ad omnes casus. Papæ re-
feruatos, sola autem hæresis in specie exprimitur. Sed
contra hoc est, quia quando post clausulam gene-
ralem additur exceptio alicuius casus referuati, cœ-
sentur omnes alii in specie expressi, quia exceptio
firmat regulam in contrarium, ut ex communi senti-
entia dixi in 4. tom. disp. 20. s. c. 1. num. 3. sed hic
Concilium Trid. prius ponit clausulam generalem,
per quam concedit Episcopis omnes casus occultos
referuatos Pontificis, ut per se, vel vicarium possint
ab eis absoluere, & postea addit expressionem pec-
cati hæresis cum speciali limitatione: ergo intelligit
concedere omnes alios speciatim & sine illa limita-
tione: ergo talis concessio non est referuata, saltem
per Bullas Sixti V. & Clementis VIII. cum illi ex-
presse dicant ne lolle reuocare facultates, in quibus
casus Cœnae in specie conceduntur. Quæ ratio sane
videtur facere probabilem aliorum opinionem, ne
negantem facultatem hanc Concilii esse per hanc
clausulam Bullæ derogaram, quanquam aliud fun-
damentum eorum scilicet Episcopos habere hanc
iurisdictiōtem iure diuino, & Concilium abstulisse
solam impedimentum, & reduxisse rem ad ius an-

Pennæ.

tiquum mihi non probetur, de quo alias. Veruntamen nec obratione factam discedere possum a priori sententia, quia licet fortasse sola verba Bullæ prout ponderata sunt, non cogere: hanc tamen nihilominus intelligo esse voluntatem Pontificum, & præxim Romanam. Vnde Franc. Pennæ 3. part. Directoriæ, in scholio ad quæst. 9. ita scribit. Et quidem in supremo Inquisitionis prætorio S. & Romanæ generalis Inquisitionis sæpe pronunciatum est, nec posse, nec debere Episcopos amplius virtute Concilii abfoluere occulitos hæreticos in foro conscientiæ, siue quod per processum Bullæ in Cœna Domini si Concilio Tridentino derogatum, siue quod ita Pius V. & Gregorius XIII. alias expressæ declararunt. Quod etiam restatur Nauar. in Summ. capit. 27. numero 275. à qua etiam sententia non audet discedere Simanc. de cathol. instit. tit. num. 6.

Nauar. Simanc.

Secundo dicendum est, Sacerdotem, qui sine legitima facultate ab his casibus absoluit, excommunicatum esse ipso iure, & nihil facere. Hoc posterius constat, quia iurisdictionem non habet; prius autem, quia in Bullæ disponitur. Sed an hæc censura reseruata. Caiet. verb. Excomm. cap. 77. refert olim fuisse additam reseruationem in Bullæ Cœnæ. At nunc non extat, nec in Bullis Pij V. & sequentium, imò neque in Bulla Pauli III. quam refert Rebus. & idem ex vi Bullæ Cœnæ sine dubio non est reseruata, quia nec de prioribus constat, nec iam habent vim, sed sola victimæ. Addit vero Caietan. esse hanc censuram reseruatam a Sixto III. in Extrauagan. Et si dominici de Pœnit. & remis. & illam reseruationem esse generalem, & habere vim suam. At Sixtus bis repetit hæc verba: Præterit huiusmodi facultas: unde id est ab ipso concealarat, quas ibi reuocarat: non est ergo reseruatio illa extra illum casum extendenda. Nihilominus Rebus. hic ait, solum Papam posse ab hac censura absoluere, quia eius absoluere, cuius est ligare. Verumtamen eo ipso, quod reseruata non est, censetur concessa, iuxta capit. Nuper. de sent. excommun. Præsertim cum supra ostensum sit, censura huius Bullæ esse à iure. Restè ergo Nauar. numero 74. concludit, posse quilibet ordinarium ab hac censura absoluere. Sed an propter hoc dictum incurvantur alias pœnæ Anton. 3. par. tit. 24. capit. 7. refert alias suspensio, scilicet ab officio prædictandi, legendi, audiendi confessiones, & ministrandi sacramenta, quæ habentur in Bulla Pauli III. eæque Rebus. ibi ampliata: sed sublatæ iam sunt eo ipso quod in postrema Bulla non sunt addita.

Nauar.

Anton.

7. Notandum denique est in illa clausula verbum illud præsumptum: nam ex vi illius excusari possunt, qui ex inconsideratione, & ex ignorantia non affectata absoluunt, iuxta generalem doctrinam superius traditam cum Caietano in Summa verb. Excommunicatio cap. 58. & 81. Cætera, quæ in Bulla adiunctur generalia sunt, & non indigent expositione.

DISPUTATIO XXII.

De excommunicationibus iuriis Summo Pontifici reseruatis.

Vad aliquam methodum, vel ordinem has reducamus, per libros, vel tomos iuriis canonici procedemus, & vt sequamur ordinem antiquitatis, dicemus prius de excommunicationibus, quæ in Decreto continentur, postea de censuris in at-

tiquioribus libris Decretalium: deinde in Sexto; & sic consequenter in reliquis; nullus enim ordo aptior & facilior nunc occurrit: eset enim valde difficile in certas classes personarum aut delictorum, has communicationes distribuere, & ordinare.

SECTIO I.

Quæ, & quæ sint excommunicationes iuriis, quæ in canonibus Decreti Papa reseruavit.



VAMVIS varia sint decretalia in his, quæ à Gratiano congeruntur, quæ excommunicationis censuram continere videntur, si tamen rectè explicentur, vnicum tantum est, quod de censura excommunicationis Papa reseruata loquatur. Nam aliam excommunicationem, quam primo loco co recenset Nauar. ex capit. Nulli, 19. distinct. ipse titulus. quidem ait reduci ad primam censuram Bullæ Cœnæ, quæ est contra hæreticos. Ego vero censero illum non esse censuram ipso iure latam, sed ferendam: neque esse propter heresim, sed propter inobedientiam Ecclesiæ, nec denique esse reseruata Pape, sed communem. Verba enim illius textus sunt, Nulli fas est, vel velle, vel posse transfigredi Apostoli sedis præcepta. Vnde infra subditur, Si ergo ruina sue dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contrarie decretis. Vbi Glossa intelligit, hunc dici esse prostratum, quia hereticus est: & ideo exponit de illo qui dicit Ecclæsiam Romanam non esse caput, nec posse concedere canones: quam expositionem multi expostrites ibi sequuntur, citantem sententiam Damasi Pape in capit. Violatores, 25. quæst. 1. vbi violatores canonum voluntarii, qui contra eos, aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt, blasphemare in spiritum sanctum dicuntur.

D Verumtamen non est expostio necessaria, quia non solum propter heresim, sed etiam propter schismatæ, vel propter inobedientiam contra Ecclesiæ, potest quis dici ruina sue dolore prostratus: nam esse prostratum non est esse alienum ab Ecclesiæ, que etiam est esse censura damnatum, sed est non esse coniunctum Ecclesiæ per charitatem, & esse dignum ut ab Ecclesiæ, vel à clero eiiciatur, vt verbis sequentibus declaratur, scilicet, Nec locum dampnus inter sacerdotes habeat, sed extorris à famulo ministerio fiat. Quæ verba suspensio potius, vel depositionem, quæ excommunicationem significare videntur: nec incongruè, quia ad Episcopos Gregorius Papa Quartus loquebatur. Et verbum illud fiat, pœnam ferendam potius quam latam indicat: inferius vero de excommunicatione clare subditur, Quia maioris excommunicationis delectio est abscindens, & non est ergo sermo ibi de foliis hæreticis circa articulum vel veritatem de primatu, & postestate Ecclesiæ Romanæ: de quibus loquitur Nicolaus Papa in capit. primo, 22. distinct. sed est sermo de fidelibus, & maximè de Episcopis rebellibus præceptis Ecclesiæ Romanæ: qui & sua iurisdictione priuandi, & si opus sit, excommunicandi censentur.

Et de eisdem impedientibus generaliter loquitur dictum capit. Violatores, qui latè modo dicuntur blasphemæ in spiritum sanctum, vel opere, vel verbo: si enim aperte textus ipse sub disunctione loquitur, quanquam ibi nulla censura feratur. Magis possente

in illo,